

JACOBI COPES VAN HASSELT, ICTI,

D E

USU ATQUE AUCTORITATE
JURIS CIVILIS ROMANO-
RUM IN GELRIA,

D I S S E R T A T I O,

habita Trajeſti ad Rhenum ad d. IX. Januarii MDCCLX.
cum Juris Utriusque Doct̄or renunciaretur.

EDITIO ALTERA

priori auctior & caſtigatior.

EPISTOLAM, DE JURE NATURALI, CASIBUS,
QUI IN JURE HODIERNO OMISSI SUNT, DECI-
DENDIS, NON SUFFICIENTE, ADEOQUE
DE NECESSITATE JURIS ROMANI IN
SUBSIDIUM ADHIBENDI,


A D

V I R U M A M P L I S S.

JOANNEM CONRADUM
VAN HASSELT,

praemiſit

J. C. COPES VAN HASSELT, ICTUS.



ARNHEMIAE

Typis JACOBI NYHOFF, Bibliopolae MDCCLXIII.

IACOBI COPES VAN HASSSET, J.C.
USU ATQUE AUCTORITATE
JURIS CIVILIS ROMANO.

CORNELIUS VAN ECK,
ICTUS, ET ANTECESSOR TRA-
JECTINUS,

In Oratione de Religione & Pietate veterum Ictorum. pag. 39.

Corpus Juris Justiniani pro suo adoptaverunt omnes fere
Principes, & Rerum Publicarum Rectores ac Modera-
tores. Sic ut Jus Romanum non magis a Romanis, quam
ab his profectum & sancitum atque in usum deductum videri
debeat, adeoque non minus nostrum, quatenus nulla ho-
diernarum Legum illi est contraria, quam Romanum vocari
mereatur.

A
JO
CIVI
NO
FO
J. C.
capillis
Hinc
de USC
LIS RO
dicitur va
Et e
unici
tur, e
ris no
applic
re vel
illam

AMPLISSIMO, NOBILISSIMOQUE
VIRO,
JOANNI CONRADO VAN HASSELT,
ICTO.

CIVITATIS ZUTPHANIAE CONSULI, EOQUE
NOMINE VARIIS HONORIBUS IN REPUBLICA
FOEDERATAE BELGICAE FUNCTO, AGNATO
AESTUMATISSIMO,

J. C. COPES VAN HASSELT S. D.

Ha plerumque Dissertationum in nostris Academi-
is fors est, ut illectae ad Tabernas, piperi
& saccharo investiendis inferviturae, vel ad
mundum muliebrem, ponendis in mille modos
capillis dilacerandae, & nescio quo, ablegentur.

Hinc indubie multis mirum videbitur, me hancce,
*de USU ATQUE AUCTORITATE JURIS CIVI-
LIS ROMANORUM IN GELRIA*, Dissertationem
altera vice praelo subjici curavisse.

Et certe nunquam in mentem venisset, hanc Filii mei
unici disputationem, quae praecipue, ut inde discatur,
quando & quantum Jus Civile Romanorum in Fo-
ris nostris valeat, ejusque recta ad casus emergentes
applicandi methodus, in lucem edita est, vel revidere
vel typis denuo describendam tradere, nisi vidissem
illam non omnino Viris eruditis, Tibi praesertim,
Ag-

EPISTOLA

Agnate carissime, displicuisse, adeoque nisi sperassem ejus editionem repetitae Lectionis genuinis Jurisprudentiae cultoribus, imprimis vero Tibi, non ingratham futuram esse.

Sed nec haec unica dissertationem denuo edendi fuit causa. Inveniuntur nunc temporis quidam, iique non infimae notae, Juris Consulti, qui, licet consilio non plane novo, Juris Romani scientiam aut nihil aut parum in Foris proficere, Jusque naturale ad explanandum & supplendum Jus Patrium fere sufficere clamitant, quique, praetextu Jus Romanum positivum, sive id, quod Romanis tantum proprium fuit, a Tribunalibus & Judicium subfelliis excludendi, ex consulto omne jus civile Romanorum a Judiciis & ab Academiis arcere & ad breves Gyaras in exilium mittere, Templumque Romanae Themidos, ut inde sibi immortale nomen concilient, exurere, apud animum constituerunt.

Ita ut, cum patriis Legibus, quae sermone vernaculo editae sunt, explicandis & Juri Naturali, quod nihil praeter rectum rationis dictamen requirit, indagando, Lingua Latina neutiquam necessaria sit, non solum peritia Juris Romani, sed & Latina lingua, quae ad intellectum Juris Romani ducunt, humaniores Literae prorsus supervacaneae fierent.

Quae tanto diligentius sunt resellenda, verba sunt Celeberrimi & incomparabilis Viri Cornelii Van Eck in Orat. de Relig. & Piet. vet. Ict. pag. 8. ne, si recipiantur & invalescant, magnis passibus revertamur ad tristem illam & illaetabilem barbariae noctem, superioribus saeculis, humaniorum literarum, praesertim autem renascentis Romanae Jurisprudentiae, luce feliciter dispulsam.

Praeterea, si haec, quae de jure Romanorum ubi-
vis

vis entur
tato, qu
Foris not
quid ulcer
Quod t
hanc doct
ritatis co
explorand
Virorum d
strandis Ro
Jurispru
& summar
quae Jus
sunt, in
Tribunal
causarum f
Romano st
toto corpo
Dum eo
ris Romani
homines vo
tam, quam
Britannorum
Noctiorum,
omnes in exp
& operam pe
cessum inci
bus suis impo
Ne de Adv
alioque Provi
sermonae edu
gibus patriis,

EDITORIS.

vis extirpando dicuntur, vera essent, haecce Differentio, quae utilitatem & necessitatem Juris Romani in Foris nostris primarie praedicat, plane incassum, ne quid ulterius dicam, fuisset elaborata.

Quod tamen insuper haberem, nisi viderem novam hanc doctrinam, specie Libertatis conservandae & Veritatis contra inveterata, si Diis placet, praejudicia explorandae, tanto conatu defendi, ut, in invidiam Virorum doctissimorum, qui totum vitae cursum illustrandis Romanorum Legibus impenderunt, eorumque Jurisprudentiam e lateritia in marmoream commutarunt, & summarum, praesertim in hac Belgica, Potestatum, quae Jus Romanum, si propriae Regionis Leges defunt, in subsidium advocarunt, & denique illustrium Tribunalium, quae quotidie ex eodem jure ambigua causarum fata dirimunt, nemo porro, qui pro Jure Romano stat, si haec doctrina ex voto succedat, in toto corpore, micam falis habere censendus sit.

Dum etenim publice affirmatum comperio, istam Juris Romani a *Legulejorum progenie*, qui alibi *male feriat* homines vocantur, praedicari praestantiam & necessitatem, quam me miseret Cujaciorum, Hotomanorum, Brissoniorum, Schultingiorum, Bynckershouckiorum, Noodtiorum, Eckiorum, ne plures enumerem; qui omnes in explicanda Romanorum Jurisprudentia oleum & operam perdiderunt, vel, dum ejus scientiae necessitatem inculcant, vaferrime Auditoribus & Lectoribus suis imposuerunt.

Ne de Advocatis & Judicibus loquar, qui in nostra aliisque Provinciis, dum causas perorant vel rationes sententiae edunt, in eo toti sunt, ut deficientibus legibus patriis, jus Romanum, ex voluntate summi Imper-

E P I S T O L A

perantis expresse declarata, in subsidium adhibeant & nihilominus infontes & ne quid tale suspicantes legibus istis peregrinis Libertatem concivium, absque ulla necessitate, ineptius infringunt, illique insidias struunt.

Et quantum me eorum poenitet, qui quondam Remp. in partibus sibi credendis, gubernaturi, adeo patientes sunt, ut jus Romanum, quod, si votum Antagonistarum ratum fiat, ad omnem usum ipsis plane ineptum esset, in Academiis ediscant, ita ut illis merito applicetur, quod ait Petronius in *Satyr. cap. 1. Ideo ego Adolescentulos existimo in Scholis stultissimos fieri, quia nihil ex iis, quae in usu habemus, aut audiunt aut vident.*

„ Quod sane fieret, ut recte observat Gulielmus Ranchinus 2. *Variar. lect. 3.* (quae ab Ever. Ottone in *Thefauri Juris* tomo V. editae sunt) „ si nullius auctoritatis „ apud nos Romanae Leges, quae solae in Scholis & „ docentur & discuntur.

Sed pergamus ad ipsam quaestionem, quae, quoad factum, illis in regionibus, ubi jus Romanum a summo Legislatore in forum & judicia est introductum, satis inutilis videtur, & examinemus an subsidiaria adhibitio Juris Romani, si patriae leges desunt, adeo Libertati Belgicae infesta sit, ut in illis Provinciis, ubi aperte receptum, abrogandum, in aliis vero, ubi de ejus vi ambigitur, nunquam admittendum sit.

Et primo quidem, quandoquidem Legislatore indubie liberum est vel proprias leges ferre vel alienas adsciscere, ingenue fateor me non perspicere posse, quaeenam sit differentia inter sanctionem propriarum legum, & adoptionem legum Romanarum, quamvis sui natura peregrinarum, quatenus illae statui Civitatis & incolarum moribus convenire Legislatore videntur; tali enim adop-

ti-

tione non
vincat Le
Sic idem
affirmat Re
et non amp
dum: Leg
manas fed
Cumque
clario ut pr
nigilla Rep
consuetudin
fratu Regum
Philosophia
domini den
genus, q
obstant, v
sunt, cont
Uilla en
tiantur.
Considera
tem omnium
pateaque ur
que recurrend
ha autem Na
dicantur, n
ma quotidie
que nuncio,
zantur termina
(qui enim,
dum, & distim
ferent inter a
tione contrac

EDITORIS.

tione non ulterius ut peregrinae, sed ut propriae Provinciae Leges sunt considerandae.

Sic idem, quod de Jure Romano in Gallia recepto affirmat Ranchin. 2. *Var. lect.* 3. nempe *leges Romanas, sibi non amplius Romanas sed Gallicas esse*, de Gelria dicendum: Leges scilicet Romanas apud nos non amplius Romanas sed Gelricas esse.

Cumque illae Leges ab illis, qui jure Romano subsidiario ut proprio utuntur, nunquam admittantur, *si manifesta Reip. ratio*, ut ait Bynckershouck, *vel perpetuae consuetudinis auctoritas obstet*, frustra incongruentia ex statu Regiminis Romanorum, ex Stoica Jurisconsultorum Philosophia, ex patria potestate nimis larga & ex natura domini derivata, ex stipulationum materia, aliisque id genus, quae praesenti Reip. genio vel e diametro obstant, vel quae expresse in legibus Patriae abrogatae sunt, contra jus Romanum obmoventur.

Utilia enim per inutilia in legibus Romanis non videntur.

Considerandum porro patrias leges positivas decisionem omnium omnino casuum continere non posse, proptereaque ut, quod illis deest, suppleatur, ad aliud Jus recurrendum esse.

Jus autem Naturae, ut inde casus in Jure positivo omitti decidentur, nequitquam sufficere, ex eo patet, quod multa quotidie obveniunt, quae ex Jure Naturali justoque ratiocinio, quae Adversariorum sacra anchora est, minime terminari possunt.

Quid enim, si soli juri Naturae adhaereamus, dicendum, de distinctione inter jus in re & ad rem, de differentia inter actiones reales & personales, de explanatione contractuum & praesumpta mente contrahentium,

EPISTOLA

um, de successione ex testamento vel ab intestato, de jure repraesentationis, de annis majorennitatis, de praescriptionibus, ut tandem aliquando quis in sua possessione tutus sit, de summaria possessione, ne partes ad arma veniant, & de innumeris aliis, quae certe ex generalibus juris Naturae praeceptis & sana ratione expediri nequeunt, adeoque necessitatem propriarum, & ubi illae silent, aliarum Legum probant.

Senserunt hoc Juris Naturalis Athletae, dum, praeter jus naturale, necessitatem legum positivarum agnoscunt, quibus anni majorennitatis, modi declarandi consensus, per cujusvis actus formam, indicia taciti consensus per certum annorum spatium in usucapionibus & praescriptionibus & quae sunt reliqua, certo & pari consulto determinentur, & fatentur, Jurisprudentiam civilem non esse otiosam, nullamque Remp. absque jure civili positivo sibi que proprio subsistere posse.

Si itaque ex illa confessione indicia taciti consensus tacitaeque voluntatis jure positivo determinari necesse sit, quam immerito Justinianus deridendus propinatur, quod ex Ulpiano in *L. 1. D. de V. S.* docuerit sexum foemininum, quod jus naturale explicare non poterat, sub denominatione masculorum, ex praesumta voluntate loquentis, comprehendi.

Sed e diverticulo ad viam. Jus positivum proprium ergo est necessarium & ubi id nihil dicit, ad aliorum leges properandum.

Si autem Legislator determinandis casibus ommissis jus Civile Romanorum, ut illis enucleandis maxime proprium, omnibus aliis praetulerit, non video, cum ejus ele-

lectio libe
dici possit
Sed ne
filiis, Juris
nibus alio
probemus
nus aliqu
quatenus
definit ne
Jus enim
at, vel v
Ejus Jus
jus comm
ergo Fur
firi prohib
enda.
Sed cum
tica digni
deque illa
rale nihil
cepta, sive
positivum,
omnino nec
De hinc
plerumque
unde nihil
nientius fu
speciatim
rogant po
cias a Phil
remiti.
Quod p

EDITORIS.

lectio libera sit, cur hinc libertatem civicam infringere dici possit.

Sed necessitatem Juris positivi, adeoque, ubi illud filet, Juris alieni sive Romani, ut in hisce oris prae omnibus aliorum Legibus recepti, plenius adstruamus, probemusque casus obvientes jure Naturae, quatenus aliquid jubet vel prohibet, ex defectu Sanctionis, & quatenus aliquid permittit, propter ejus incertitudinem definiri non posse.

Jus enim Naturale in eo consistit, ut aliquid jubeat, vel vetet, vel permittat.

Ejus Jussa & Prohibitiones mutari non posse adeoque jus commune & sempiternum continere certum est: ergo Furta, Caedes, Latrocinia aliaque crimina, ut fini prohibitionis satisfiat, ex jure naturali sunt punienda.

Sed cum certa regula in poenis definiendis, ne scutica dignum horribili scetere flagello, adesse debeat, deque illa inter delicta & poenas proportionem Jus naturale nihil statuatur, sequitur generalia Juris naturalis praecepta, sive jumentia sive vetantia, non sufficere, sed jus positivum, ut Sanctionibus legem naturalem firmet, omnino necessarium esse.

De hisce vero poenarum modis leges hodiernae vel plerumque nihil dicunt vel admodum jejune loquuntur, unde nihil magis naturale & libertati publicae convenientius fuit, quam in hac materia ad alias leges & speciatim ad Leges Romanas, quae aequas peccatis irrogant poenas, universas Inferioris Germaniae Provincias a Philippo Rege in Ordinatione Criminali anni 1570. remitti.

Quod porro ad jus Naturale permissivum attinet, ut

* *

&

EPISTOLA

& in eo necessitatem juris positivi & defectum Juris Naturalis demonstremus, uno utamur exemplo.

Jure naturali certo certius unusquisque est dominus & liber arbiter rerum suarum; sed quis adhuc ex eodem fonte expedit, quousque haec potestas & an etiam post mortem sese extendat?

Cum itaque hodiedum, an Testamenti factio jure naturae sit licita nec ne, problema sit, quaeso, an non magis libertati consentaneum erit illam lege positiva, ut aliquid certi obtineat, determinare, quam incertis hominum opinionibus, quae raro inter se conveniunt, submittere?

Et, quaeso, quae hic libertati publicae inferretur injuria, si, silente jure patrio, ad jus Romanum convolaretur?

Aiunt quidem, de jure testandi plures, post tempora Grotii, agitatae quaestiones, sed de hoc nunc moderatius cogitari.

Sed quorsum haec tendit oratio? an ergo, in hac materia, mea sententia, quae libera esse debet, ab alterius arbitrio, ut ut hodiedum generalius recepto, pendebit?

Et hanc quaestionem Legiflatores, qui in condendis Legibus Jus Naturale primo loco sibi ob oculos posuisse praesumendi sunt, non eodem oculo, in singulis nostrae Provinciae partibus, adspexisse, probant dissonantia circa hanc rem statuta.

Ita in Comitatu Zutphaniae illis, qui nec ascendentes nec descendentes habent haeredes, solummodo de semisse Patrimonii testari licet.

In Civitate Zutphaniae Testamenti factio adhuc magis restricta est: in aliis Tetrarchiis, si mutua conjugum

EDITORIS.

gum testamenta, quae certis terminis diversimode circumscripta sunt, & si legitimam, Liberis Parentibusque relinquendam, excipias, libera.

In Tetrarchia Neomagensi & Velaviensi Feuda Juris Zutphanici unicuique Testamento linqui possunt, in Comitatu Zutphaniae non id ulterius permissum, quam inter haeredes proximos in pari gradu.

Praeterea saepius in exploranda juris ratione, illaque ad jus naturale referenda, quod iterum ejus defectum demonstrat, certant & variant Jurisperiti.

Ita, me judice, falluntur qui usumfructum, in bonis liberorum, pro sumptibus educationis Parentibus, *ex jure naturae*, adscribunt.

Jure enim naturae Parentibus, absque salario, educatio liberorum incumbit, iique nihil amplius, quam quod in educationem liberorum impenderunt, ex eorum bonis repetere possunt, ne cum detrimento liberorum fiant locupletiores.

Ususfructus iste ergo in locis, ubi obtinet, non est juris naturalis, sed positivi.

Falluntur praeterea, mea opinione, qui Parentibus utriusque sexus, ex jure naturali, parem auctoritatem tribuunt, & restrictionem istius potestatis in sexu sequiore libertati naturali contrariam esse contendunt.

Si enim Legislatori non liceret, in conflictu auctoritatis paternae & maternae, verbi gratia in collocandis in matrimonium liberis, defectum juris naturalis supplere, & jure positivo, sive proprio sive alieno, plus juris uni Parenti, quam alteri adscribere, nunquam Parentum potestas ex jure naturae, ob paritatem diffensus illorum, qui aequalem haberent potestatem, in hoc puncto operari posset.

E P I S T O L A

Quoniam ergo Jus naturae saepius incertum est, vel omnino deficit, apprime necesse est, ut jam superius monuimus, jus positivum, & ubi patria jura silent, aliud jus ad ejus explicationem adhiberi.

Praesertim ex ipsa adversariorum confessione, qui, dum jus naturale per se certissimum esse contendunt, illud tamen, ob varietatem objectorum, saepius incertum videri concedunt.

Demonstratum ergo est impossibile esse omnes casus ex quocunque jure Patrio, vel ejus rationibus analogicis, adhibito jure naturali perfecto & externo, quod ipsi saepe ob varietatem objectorum incertum fieri non diffitentur, definire, & hinc sequitur plures casus forenses, ut etiam quotidie fit, ex jure Romanorum, ut pote, in quantum omnibus commune est vel citra detrimentum commune esse potest, omnium perfectissimo, justam suam decisionem accipere posse.

Nec me in contrarium movet auctoritas Viri coetoroquin doctissimi, Joannis Schraffert in *prooem. Codicis Gelro Zutphanici*, quae a dissentientibus allegatur & ita habet; *Plurimas Itatorum technas & subdolas calliditates, quae habet Jus Romanum, suctae simplicitati Majorum nostrorum, qui ex probitate, fide & fortitudine actiones suas determinabant, contrarias esse.*

Flosculi hi enim sunt Rhetorices & ab homine juri Romano infensissimo profecti, quos nemo credet, qui legit L. Malquytii, *Veram non simulatam ICtorum Pbi-losophiam*, a Gundlingio anno 1727. rursus editam; quae ex Oratione Clarissimi Viri, Cornelii van Eck, Gelrae nostrae decoris & ornamenti, quoque defensore juris Romani praesens tempus quam maxime egeret, *Religionem & Pietatem veterum Jurisconsultorum* doctus est, &

E D I T O R I S.

& objectiones istas cum sententia Viri eximii, quem meum quondam Praeceptorem fuisse adhucdum mihi gratulor, confert, qua de Ictis Romanis in univcrsum omnibus affirmare non fuit veritus, quod de Tito Aristone, sui temporis Juris Consulto, scripsit Plinius *lib. 1. Epist. 22. Nihil esse illis gravius, sanctius, doctius. . . . Quam periti illi & privati juris & publici? Quantum rerum, quantum exemplorum, quantum antiquitatis tenent? nihil est, quod discere velis, quod illi docere non possunt. Ornat haec magnitudo animi, quae nihil ad ostentationem, omnia ad conscientiam refert, recteque facti non ex populi sermone mercedem, sed ex facto petunt. . . . Nemini Philosophorum castitate, Pietate, Justitia, Fortitudine cedebant.*

Et stupendum, Nobilissimum Schraffert, quod prescribat Jus Romanum, ob hoc *Clarissimum* ejusque ideo Prooemium *lectu dignissimum*, vocari, cum, licet in explicandis legibus Patriis jus Romanum rejiciat, non ad jus Naturale, sed ad Statuta vicinarum Tetrarchiarum, quae revera sibi invicem peregrina sunt, recurrat, atque adeo sententiam eorum, qui statuta peregrina odio habent & arcent & a nobis in alia omnia abeunt, re ipsa oppugnet.

Objicitur porro, quare jus Romanum caeteris Legibus praefarendum & cur non potius jure Mosaico utendum?

Praestantia Juris Romani toties a Viris eruditis luce meridiana clarius demonstrata est, ut Iliada post Homerum canere censendus esset, qui illam ulterius probare susciperet; Hoc unum dicendum, quod illud praeferrere, quod nulla legum collectio detur, quae quaestiones quotidie emergentes & quarum decisionem sive expressam sive analogicam in Jure Patrio frustra quaeras, adeo

E P I S T O L A

praeclara ac Jus Romanorum solvat, & lubens fateor, quod, ubi mihi, rebus forensibus jam dudum occupatissimo, casus incidit, ejusque materiae sedem in Corpore Juris Justiniani evolvo, nunquam fere non aliqua Lex occurrat, quae, si quaestionem non plane definiat, magnam tamen ei lucem non affundat, ita ut de hoc Juris universalis Thesauro vere dici possit, neminem ab eo nisi doctiorem recedere; illudque etiam Tibi, Vir Amplissime, Agnate exoptatissime, quotidie obvenire, omnino mihi persuasum habeo.

Quandoquidem autem Jus Mosaicum, quod excellentissimam faciendorum & vitandorum normam & summam continet, de multis, quae, ex confessione partium, legem positivam requirunt, nihil dicit, illud non regulariter & eo modo quo Jus Romanum juri Patrio subvenire posse, nemo inficiabitur.

Removeamus porro objectionem, quae prima fronte majoris ponderis esse videtur, sed penitus inspecta subito corruet.

Aiunt; Leges, ut cives obligent, debent promulgari, adeoque non lingua Latina, in hisce oris populo incognita, sed sermone patrio, ut ab omnibus intelligantur, praescribi.

Hanc rationem illis in Regionibus, ubi jus Romanum non amplius peregrinum sed expressa declaratione summi Imperantis civitatis jure donatum est, non quadrare certum est, nam quamvis Lex quae subditos ad Leges, exotica lingua conscriptas, remittit, dura esset, sufficeret tamen illam esse scriptam; & ipsi adversarii fatentur, Legislatori liberum esse lege fundamentali jubere, non aliis legibus, nisi Latine scriptis, in statu civili utendum,

dum, quo
 quam edit
 Si autem
 copia Peri
 sine incol
 & ut illa
 illis oblig
 tam esse.
 Sed scri
 tis verbis
 referunt.
 bium est
 virtualiter
 pluribus
 Nec et
 riosi, qui
 naturalis
 scire deb
 reliquis,
 coeterisque
 consulere
 Regerunt
 dere facul
 Imperanti
 Sed ob
 nim, q
 vim legis
 & ad ca
 dum, a
 si omnes
 remus,
 Institut

EDITORIS.

dum, quo casu subditos, ut leges intelligant, illam linguam ediscere obligatos esse concedunt.

Si autem, quae Adversariorum sententia est, nulla copia Peritiorum in jure explicando danda sit, & paria sint incolas ad jus sermone Latino exhibitum remittere, & ut illam linguam ediscant, jubere, sequitur eo ipso illis obligationem addiscendae Linguae Latinae impostam esse.

Sed serio loquamur. Leges nostrae promulgatae discretis verbis se ad jus Romanum in subsidium adhibendum referunt. Relatum autem inest referenti. Ergo indubium est istam expressam ad Leges Romanas remissionem virtualiter illarum promulgationem continere, uti mox pluribus monebimus.

Nec etiam in eo Legislatores nostri subditis sunt injuriosi, quia quoad actiones morales, tam ex lumine juris naturalis, quam ex sacris literis fati sciunt vel certe scire debent, quid faciendum, quid vitandum, & de reliquis, quae super dominio, contractu, possessione coeterisque Juris Civilis objectis, oriuntur quaestiones, consulere possunt peritiores.

Regerunt autem, periculosum fore subditis concedere facultatem interpretandi leges, quae soli summo Imperanti competit.

Sed obsecro quid hoc periculi est? Jurisconsulti enim, quorum responsa hodie nec vim sententiae nec vim legis habent, illud solum agunt, ut leges explicent, & ad casum propositum, dein a Judice determinandum, applicent, quod quilibet in Civitate positus, si omnes Juris Consulti effemus vel eodem modo saperemus, faceret.

Institutum ergo Reip. Platonicae esset omnes Leges
ita

E P I S T O L A

ita clare ita indubitanter proponere velle, ut omnes omnino incolae illas eodem modo intelligerent & explicarent, ita ut nulla unquam lis exoriri posset, adeoque nec Juris Consultis nec Judicibus, qui etiam subditi sunt & tamen per sententiam jus explanant, esset opus.

Qualem ergo effectum haberet Lex illa imaginaria, quae omnes incolas adigeret, ut linguam Latinam ad intellectum Juris Romani, & eadem ratione, ad intellectum Novellarum, linguam Graecam addicerent?

Moraliter enim fieri nequit leges, etiam vernacula lingua conscriptas, ut ut claras, ab omnibus, inprimis ab hebetioribus, sine peritorum consilio intelligi, praesertim cum plurimi in civitatibus, & maxima pars eorum qui ruri degunt, legendi & scribendi plane sint ignari & rudes.

Sed, si concedam Leges, ut cives obligent, ea in lingua, quae ab omnibus intelligitur, esse promulgandas, longe tamen diversum arbitror summum Imperantem leges suas, quatenus illae subditis regulam & normam eorum, quae in vita civili vel agenda vel vitanda sunt, praescribunt, condere; plane vero aliud, Judicibus injungere, ut, ne fora incerto jure fluctuent, ex jure Romano ea decident, quae patriis legibus determinata non sunt, in quantum illud hisce non adversetur.

Nonne ita Romani veterum Rhodiorum leges, quae de Jactu agunt, receperunt?

Nonne Judices, quorum ea de re cognitio erat, obligarunt, ut ex earum praescripto jus dicerent?

Quis ignorat Eudaemoni Nicomedensi Principem Romanum rescripsisse, lege id Rhodiorum nautica judicetur,

qua-

quatenus
dem modo
D. ad L.
tores ad Ju
rum legum
Has aut
nacula, si
nec tamen
invenimus
Si dicam
non promul
male fecisse
Si vero
caput illu
promulga
mulgasse,
gratuler
leges pro
sient, J
dem mod
promulga
Conclu
fore, ubi
quisque sit
que sic rev
patis legib
intermixt
Et pro
aquam J
consulto
in subfio
pressis v

EDITORIS.

quatenus nulla nostrarum legum adversatur, uti fere eodem modo Imperator Antoninus in notissima illa lege 9. *D. ad L. Rhod. de Factu*, constituit ac nostri Legislatores ad Jus Romanum Judices ablegant, si nulla patriarum legum adversatur.

Has autem Rhodiorum leges non lingua Romanis vernacula, sed Graeca scriptas fuisse vel Dupondius novit, nec tamen earum expressam promulgationem usquam invenimus.

Si dicant Adversarii Justinianum se ad Jus peregrinum non promulgatum & lingua ignota exhibitum referendo male fecisse, tunc secant nodum non solvunt.

Si vero regerant Justinianum, dum Corpori sui Juris caput illud de Lege Rhodia inferuit, Digestaque sua promulgavit, simul etiam istas Rhodiorum Leges promulgasse, erit quod victas mihi manus ab illis traditas gratuler; quandoquidem nostri Legislatores, dum patrias leges promulgarunt, simulque edixerunt, ut, ubi illae silent, Judicibus ad Jus Romanum recurrendum sit, eodem modo & jus illud Romanum, etsi latine congestum, promulgasse censendi sunt.

Concludamus ergo multo infestius libertati Reipublicae, ubi decisio causarum a sola ratione, qua unusquisque sibi saepius jus naturale proprium fingit, illudque sic revera a cujusvis arbitrio pendet, quam ubi propriis legibus, illisque, quatenus opus, juri Romano intermixto, est innixa.

Et prudenter egerunt nostri Legislatores dum, postquam Jus Romanum decidendis quaestionibus non Jurisconsultorum opinionibus & rationibus subjecerunt, sed in subsidium disertim adsciverunt, illud in forum expressis verbis advocarunt.

Hoc

E P I S T O L A

Hoc enim, nisi factum esset atque leges Romanae non ulterius valerent, quam quatenus ratione sufful-
tae viderentur, & nisi auctoritatis clavo fixae essent, nemo non existeret qui non rationem iudicii sui, quan-
tumvis pravi, juris auctoritati anteponeret.

Valeant igitur, qui leges Romanas pro ratione tan-
tum apud nos valere volunt, non pro auctoritate: verba sunt Ranchini 2. *var. lect.* 3. cui adjungendum Matth. *ad* §. 10. *J. de J. N. G. & C. num.* 8. & *seqq.* ubi illos, qui quicquid non intelligunt, in subtilitati-
bus juris Romani consistere contendunt & rationem suam, quae raro cum aliorum ratione concurrat, le-
gibus anteponunt, pro meritis explodit, notatque nihil tam absurdum inveniri, quod non aliqua rationis specie defendi possit, ideoque leges certas incertis ho-
minum, quae saepissime variant, opinionibus praefe-
rendas esse rectissime autumat.

Et haec, ne pars sincera Juris Consultorum, qui de Jure Romano adhucdum bene sentiunt, speciosis Ad-
versariorum allegationibus seducatur, praefari & ad Te, Agnate aestumatissime, mittere visum, utpote qui a teneris elegantiores literas cum Romana hodiernaque Jurisprudencia conjunxisti, Musasque pariter ac utram-
que Themidem devote & non sine gloria excoluisti.

Accipe ergo hanc Epistolam, quae, ut quanti te fa-
ciam publicum existet testimonium, tibi inscripta, vul-
tu, quo me meosque soles, id est placido & benevo-
lo, ita tamen ut, si quid hisce rectius noveris, can-
didus impertias. Vale & me, quod facis, ama. Da-
bam Arnhaemiae ad d. vii. Martii M D CC LXIII.

DISSERTATIO

DE

USU ATQUE AUCTORITATE

JURIS CIVILIS

ROMANORUM

IN

GELRIA.

SECTIO I.

Carolus Audax Burgundiae Dux, cum mortuo Arnol-
do Duce Gelriae, Provinciam occupaverat, in
ea anno 1473. Cameram Justitiae sive Curiam
instituit, quam deinceps Carolus Egmundanus continu-
avit.

Turbis dein, quae post obitum Caroli Egmundani,
sine legitima sobole defuncti, de successione in Du-
catum Gelriae & Comitatum Zutphaniae exortae fue-
rant, compositis; Carolus quintus Caesar, postea-
quam Guilielmus Juliacensium Dux juri, quod in illam
successionem habere intendebat, renunciaffet, cum eius-
dem

A

dem Regionis Ordinibus anno 1543. celebre illud Fœdus in castris apud Venloam iniiit, inibique, nulla tamen de eo, quod circa Cameram Justitiæ egerat Carolus Audax, mentione habita, præter alia multa, se Cancellarium & Cancellariam sive Curiam, ubi unusquisque in hacce Provincia jus suum perfequi posset, instituturum, promisit.

De Cancellarii munere & dignitate adeundus Clariss. Trotzius Præceptor quondam meus in Jurisprudentia unicus, pro innumeris in me formando curis grato animo ad rogum usque suspiciendus in *Thesib. Jur. Publ. lib. 260.* De Cancellaria dicendum, illam, eodem modo uti Cancellarius post Gubernatorem primo loco administrandæ Justitiæ præerat, juri, loco & nomine Principis, dicendo, fuisse creatam.

Solvit promissum Cæsar & Curiaæ suæ anno 1547. formulam, qua usque ad id tempus caruisse videtur, & quæ *Cancellarie ordnung*, sive *Ordinatio Cancellariæ* vocatur, in exercenda jurisdictione normam præscripsit.

Varia de interpretatione plurimorum ejus Formulæ articulorum inter Ordines & Consiliarios sub Philippo secundo exortæ fuerunt controversiæ, quæ partim a Margaretha Parmæ Duce, partim a Delegatis Judicibus, partim ab ipso Rege fuerunt decisæ.

Donec tandem ista Ordinatio a Provinciæ Ordinibus anno superioris sæculi vigesimo secundo, demptis hic illic & additis, renovata est & hodieum in summo Tribunali justitiæ administrandæ firma est regula.

Ejus verba in §. 50. quacum §. 27. Ordinationis Cæsaris in substantia consonans est, hæc sunt;

In alle saken daar geen Landregt, Lbeenregt, Stadregt,

regt, T
geest alle
den, sul
fibreene
Id est
dali, M
suati vel
ventur co
tur jus se
Quæ v
occasionem
aliquid lu
affundere
longi eni
subiecta p
tuti ratio
de Ufu et
ria, int
Landre
Non au
Rurale int
morde Lan
Carolus t
jus intellig
Landbre
erat comp
Cum &
novata e
bus reso
in singul
jure non
Ita ut

regt, Dyckregt, Waterregt, Lactregt, Thinsregt of goede olde notoire costumen of gewoonten van bevonden worden, sullen Cancellor und Raden volgen de gemeene beschrevene Regten.

Id est, Omnibus in causis, de quibus Jure Rurali, Feudali, Municipali, Aggerali, Aquatico, Colonico, Censuali vel bonis antiquis & notoriis Consuetudinibus nihil invenitur constitutum esse, Cancellarius & Consilarii sequentur jus scriptum commune.

Quae verba, cum huicce dissertationi conscribendae occasione praebuerunt, propius inspicere, iisque aliquod lumen, antequam ad ipsum opus pergamus, affundere, necesse erit; breviter tamen & succincte, longi enim de indole jurium & bonorum, quorum in subjecta paragrapho sermo est, commentarii nec instituti rationi, nec rubricae Dissertationis, quae unice de Ufu atque auctoritate Juris Civilis Romanorum in Gelria, inscripta est, responderent.

Landregten sunt Jura Ruralia certo territorio Rurali data.

Non autem in Ordinatione Caesaris Caroli per Jus Rurale intelligendae Leges Rurales reformatae, *Gereformeerde Landregten*, quae typis exiere, & longo post Carolum tempore in scripturam redactae sunt, sed id jus intelligendum, quod in edictis Principum sive de *Landbrievan der Voorfurssten*, de quibus infra dicitur, erat comprehensum.

Cum & anno 1622., quo Cancellariae Ordinatio renovata est, sola Zutphaniae & Velaviae Territoria Legibus reformatis gaudebant & Tetrarchia Noviomagensis in singulis Judiciis adhucdum solis Principum Edictis & jure non scripto utebatur.

Ita ut verba *Landregten* in Ordinatione anni 1622.;

4 DE USU ATQUE AUCTORIT:

quoad Zutphaniam & Velaviam, earundem Leges reformatas, quoad Tetrarchiam Noviomagi Edicta Principum indigent.

Hodie autem singula territoria ab Ordinibus Legibus propriis donatae sunt, & sic nunc temporis per vocem *Landregten* Leges Provinciae reformatas in paragrapho nostra intelligendas esse indubium est.

Jura Ruralia, si pauca quae in illis de alia parte juris, verbi gratia de Jure Feudali in Statutis Zutphanensibus tit. 17. per transfennam dicuntur, excipias, circa nihil aliud versantur, quam circa personas & bona allodia in eodem territorio, non autem circa bona servilia, aliaque, quae propriis legibus parent.

Jura Ruralia, in Gelria fancita, sunt, de *Landregten ende Gewoonten der vier Bovenampten van het Quartier van Nymegen*, sive Leges & Consuetudines reformatae superiorum Praefectarum Tetrarchiae Noviomagensis, scilicet Imperii sive Regni Noviomagensis, Tractus inter Mosam & Vahalim, Territorii superioris & Territorii inferioris Bataviae ut & Dynastiaram & Judiciorum quae in illis sita sunt.

Landregt van Thielre en Bommelrewaarden sive Praefectarum inferiorum ejusdem Tetrarchiae, quae sunt Inferularum Thielae & Boemeliae, ut & Districtus in *Herwaarden*, cum Dynastiis & Judiciis in illis sitis, itemque Judicii in *Beest & Renoy*.

Reformatie der Landregten, Gebruiken und Gewoontheyden der Graaffschap Zutphen, sive Statuta Comitatus Zutphaniae, quibus addenda de *Reglementen op de korter manier van procederen* anni 1696. & 1738. quae Ordinem judicarium concernunt.

Gereformiert Landregt van Veluwen und Veluwenzoom
sive

Sive Stat
is & L
a; ne d
hodie alie
Huice f
rum inter
ribus em
Princip
temus univ
Ordinatio
singulis ob
loquim,
3. & in
Liberor
cuique Fe
nam parte
Morum
Sande,
Mundibur
Commentar
Huic ac
fer, Viri
ni, quem
Stadregie
quae in Fo
lectione P
ut & in
etiam Ple
in Civita
An pra
niam &
leges hab

five Statuta Velaviae & Velaviae Orae a Lamberto Gorris & Johanne Schraffert doctissimis commentariis adornata; ne de Legibus Tetrarchiae Ruremundanae, quae hodie alienae ditionis est, dicam.

Hiscæ statutis Tetrarchiarum adjunctæ variae illorum interpretationes, quae diverso tempore ab Ordinibus emanarunt & promulgatae sunt.

Principum Placita autem, de *Landlyke Placaten*, quatenus universam Provinciam respiciunt, tametsi de illis Ordinatio Cancellariae non loquitur, ab omnibus & singulis observanda esse & jus generale facere, res ipsa loquitur, & Nobiliss. Schraffert ad *Reform. Velav. p. 3. & in Hardervico ant. p. 2. pag. 176.* demonstravit.

Lheenregten Jura Feudalia, quae, secundum naturam cuique Feudo propriam, in infinitum variant, maximam partem, sunt Juris consuetudinarii & non scripti.

Illorum materiam egregie illustravit Fredericus van de Sande, quondam Provinciae nostrae Consiliarius & Mundiburnus, vir summus, in libro vere aureo, cui *Commentarius ad Consuetudines Gelriae Feudales* titulus est.

Huic addi meretur elegans Tractatus Johannis Schraffert, Viri de Jurisprudencia Patria quam maxime meriti, quem *Manipulum Sicilimentorum Feudalium* inscripsit.

Stadregten, id est, Jura Civitatum five Municipalia, quae in Foedere Venloensi ejusque confirmatione in Collectione Placitorum Gelriae *part. 1. prael. p. 27. & 34.* ut & in jure Civitatis Zutphanienfis *tit. 16. art. 20.* etiam *Plebiscita* vocari videntur, ad personas & bona in Civitatibus, earumque Territoriis pertinent.

An praeter Metropoles, Neomagum scilicet, Zutphaniam & Arnhemiam, etiam alia Oppida jus condendi leges habeant, litem non faciam meam. Talem cer-

te potestatem legiflatoriam nemini, nisi ex concessione supremi Legiflatoris, competere posse, demonstravit Carissimus Pater in libro de *Jurisdictione Criminali in Gelria summo Imperanti unice propria*, & Boemelienfes sua statuta Ordinibus ut confirmarentur offerre, quam suo nomine promulgare, praetulerunt.

Jura Civitatis Neomagenfis typis excusa non sunt & vulgo vocantur *den Olden en Nyen brief*. Zutphaniae, quae satis ampla sunt, multoties typis exiere, ut & Jura Arnhemiae, quae non sunt proluxa & praecipue circa modum procedendi in civilibus & criminalibus operantur.

His adjungi debent dispositiones Magistratum, quibus legislatio competit, non editae, *Magistraets resolutien*, quatenus Jus privatum Civium respiciunt.

Dyckregten, Jura Aggeralia, disponunt de iis, quae fieri debent circa aggeres eorumque attinentia, utpote Cataractas, Aquaeductus & omne id, quod adversus maris & fluminum exaestuantium inundationem necesse est. Sande in *descr. Gelr. S. Judicia & Imperia p. m. 269. Pontan. Histor. Gelr. lib. 1. p. 46.*

Habent plurimae Praefecturae sua jura aggeralia, interque illas Praefecturae superiores Tetrarchiae Neomagenfis, item ejus Praefecturae inferiores, Velavia & particulares quidam in Velavia Tractus.

Waterregt, jus aquaticum sive potius fluminum, spectat ad flumina atque acquisitiones, quas in illis sive Princeps sive Privati obtinent, ut & ad ea, quae ad servandum fluviorum cursum eorumque ripas necessaria sunt.

Jus fluminum totius Provinciae unum idemque est, typis anno hujus saeculi vigesimo sexto descriptum & rursus in tomo tertio Placitorum Gelriae editum.

Laet-

Lactre
variar
tenentur
sub Lega
tur, sed
Goris 1.
minici c.
Tame
cies Feud
tis Rurem
Conf. Feud.
Laterrega
universim
dorum pu
Ideoque
ne Cancel
Jus Colon
& Imperia
& Domin
n. 28. &
Variae
Sub eorum
Heren Goe
cipem ut L
vatorum.
Vrouwer
quae quoe
pria sunt.
Abis G
fita, que
dominium
quod Mo

Lactregt, Jus *Lassorum* sive *Latorum*, vel *Litorum*, versatur circa bona quae *mala Feuda* ob duriolem, qua tenentur, conditionem vocantur, cum non tantum sub Lege annuatim praestandi servitii rustici possidentur, sed & possessores quodammodo serviles efficiunt. Goris 1. *adv.* 3. n. 10. Schraff. in *Periocha Juris Dominici* c. 1. n. 2. & 3.

Tamet si autem bona *Lassorum* separata quaedam species Feudorum malorum sint, cujus vestigia in *Statutis Ruremundanis* c. 1. §. 4. supersunt, vid. Sande ad *Conf. Feud. tr. prael.* c. 1. n. 30. nihilominus hic verba *Latenregten* in sensu latiori veniunt & denotant omnia univrsim Jura, quae singulis speciebus malorum Feudorum propria sunt.

Ideo que etiam Goris verba *Latenregten* in Ordinatione Cancellariae, quam Carolus Caesar sancivit per *rd Jus Colonicum* vertit & Sande in *descr. Gelr.* §. *Judicia* & *Imperia* p. m. 268. per *Jus Praediorum adscriptitiorum* & *Dominicalium* vid. id. ad *Conf. Feud. tr. prael.* c. 1. n. 28. & *seqq.*

Variae Feudorum, quae *mala* dicuntur, sunt species. Sub eorum genere comprehenduntur *Bona Dominicalia*, *Heeren Goederen*, quorum dominium directum ad Principem ut *Dominum* pertinet, utile est in patrimonio Privatorum.

Vrouwen Goederen, sive *Bona Muliebria* in *Velavia*, quae quoad dominium directum Abbatissae *Eltensis* propria sunt.

Abts Goederen, *Bona Abbatica*, itidem in *Velavia* sita, quae a Privatis quidem possidentur, sed quorum dominium directum est apud Abbatem in *Abdinkhof*, quod Monasterium *Paderbornae* est, & quae a Cellario

rio istius Monasterii, qui in Pago Velavico, *Putten* dicto, aedes & domicilium habet & *Kelner* nuncupatur, administrantur.

Illud singulare est, quod, ubi de Bonis Abbatibus apud Curiam quaestio incidit, Cellarius illi decidendae inter Consiliarios postremo loco adfideat.

Hic Feudis non solum adnumeranda de *Prachstgoederen* ad Cellariam in *Putten* pertinentia & Bona *Abbatiae Prumiensis*, in Dioecesi *Trevirensi* sitae, quae *Sancti Salvatoris* dicitur; sed etiam alia Bona, *Hofborige*, *Volschuldige* & *Eygenborige* dicta, aliaque id genus, quae etiam sunt durioris & servilis conditionis, quorumque Curiae sive Curtes etiam a Privatis possidentur. In omnia autem mala Feuda Ordinibus, vi superioritatis supremae, *Jus Advocatae* competit.

Qui plura circa indolem & jura horum omnium scire cupidus est, adeat *Sande ad Conf. Feud. tr. prael. c. 1.* *Schrassert in Periocha Juris Dominici eundemque in Codice Gelro Zutphan. pag. 2. 10. 13. 218. 249. & seqq.*

De origine autem & antiquitate Bonorum *lassorum* vel *laturum* videndi *Gryphiander Weichbild. Saxon. c. 24.* *Matth. Paroem. 2. n. 44.* & ad *J. 1. J. de Jure Person. Potgiesser de Servis lib. 1. c. 2. §. 67. L. 1. c. 4. §. 59. & seqq. Goebel. de Statu Rusticorum in Germania in primis sectione secunda. Meynders de Statu Saxoniae sub Carolo Magno p. 230.*

Tbinsregten, Jura Bonis Censualibus, quae *Tbinsgoederen* audiunt, praescripta. Bona Censualia vocantur praedia subiecta soli legi solvendae annuae praestationis, census videlicet vel vectigalis vel canonis nummariae vel specierum, ex qua praestationis lege speciale nomen ob-

Obtinere.

S. 2.

Goel

lines, M

dictis Pri

de quibus

Per Co

ptum, si

consensu

rium appo

n. 2.

Quaritur

etiam Res

sententiam

tio. Voet

Judicem e

dum.

Quod i

perpetuo

lam aucto

adaequari

tem, mult

tis similes

quam plur

pie dicent

facere con

tanda, q

23. de L

Hinc r

Constitia

non possi

proficiant

obtinent. Sande ad *Conf. Feud. tr. prael. c. 1. n. 6. 7. 8. 9. 10.* Schraffert in *tract. de Censu Domin. & Convent.*

Goede olde notoire Costumen en Gewoonten, Consuetudines, Moresque boni, antiqui ac notorii. Hi in E-dictis Principum, in *de Landbrieven der Voor-Fursten*, de quibus mox dicendum, vocantur *Alden Herkomen*.

Per Consuetudinem notum est intelligi jus non scriptum, sive jus quod usus approbavit, vel jus tacito consensu sancitum, vel diuturni mores consensu utentium approbati Matth. ad §. 9. *J. de J. N. G. & Civ. n. 2.*

Quaeritur an inter Consuetudines, quae jus faciunt, etiam Res Judicatae sint referendae? Unam alteramve sententiam vim legis obtinere non posse suadet sana ratio. Voet ad *t. D. de LL. n. 28.* Tunc etenim apud Judicem esset legum ferendarum potestas, quod absurdum.

Quod si autem, juxta *L. 35. D. de LL.*, adsit rerum perpetuo similiter judicatarum auctoritas, tunc ego illam auctoritatem cum consuetudine adeoque cum lege adaequari censerem, quoniam praesumendum est eandem rem, multoties eodem modo judicatam, propter sententias similes recte explicatam, illamque aliter intelligere, quam pluries decisum est, periculosum esse. Ita ut proprie dicendum sit, rerum judicatarum frequentiam non facere consuetudinem sed probare; *minime enim sunt mutanda, quae semper interpretationem certam habuerunt. L. 23. de LL.*

Hinc multo magis sequitur Responsa Prudentum sive Consilia Juris Consultorum hodie legis vim obtinere non posse, tamen etiam ad probandam consuetudinem proficiant.

Quandoquidem autem heic de *antiqua consuetudine* sermo fit, notandum Gelros priscis temporibus nullum jus habuisse scriptum; jura enim, quae primum in scripturam redacta reperiuntur, ad saeculum quartum decimum attinent & collecta sunt in Edictis Principum, quae *Landbrieven*, uti jam superius dicere coepimus, nominantur & extant inter *Placita Gelriae*, tom. 2. *Append. I.*

Ista Edicta non omne universum Jus consuetudinarium, sed solummodo quosdam ejus articulos continent, quod inde patet quod in singulis Edictis consuetudines sive jus non scriptum sub voce *goede gewoonten*, *alden berkomen* & si quid simile, reservantur; Ditiones enim Belgicae antiquitus fuere consuetudinariae, sensimque pro ratione commerciorum & artium privilegia & statutoria jura a Comitibus acceperunt Celeb. *Trotz. ib. 25.* Deque illis Edictis dicendum, quod de Legibus Belgicis Saeculi 13 & 14. notat Clariss. *Marckart*, in *Gelrorum Academia* nuper Antecessor dignissimus, in *Exercitatione de Jurisp. Belg. cum Rom. conjungenda cap. 1. §. 8.* nempe, quod erant brevissima atque occupata tantum in praescribenda Magistratum electione, judiciis ordinandis, atrocioribus criminibus puniendis, immunitatibus conservandis, aut desinebant quanta pars mulctae Principi debebat cedere. Caeterum quod de tutelis, contractibus, jure conjugum, successione ab intestato & id genus aliis privati juris argumentis rara aut nulla in iis fit mentio, quasi privatae causae ex moribus pridem vel in singulis locis vel in Provincia tota receptis suam propriam decisionem habuerunt.

Praeterquam quod in Edictis de Jure Feudali, Latorem & Censuali, quod in hunc usque diem consuetudina-

narum
scriptum
Exind
mulgatio
jure fuit
inferius
Leges
rum ad
peritioris
partem,
cor. p. 52
Haltaul.
deif. Br
tot. Leg
Probat
que Germ
stigia. N
ferre ex
diem pro
id est tem
ribr word
ve dies J
Gloss. coe
Eodem
Juris Saxo
stat anno
Glossa in
part. 1. o
tis faeci
Goris d.
Sic et
huc hodie

narium & in scripturam non est redactum, nihil praescriptum inveniatur.

Exinde in propatulo est Gelros ante imo & post promulgationem istorum Edictorum, proprio & non Scripto jure fuisse usos; cui, praeter jus Romanum ut, quod inferius probabitur, consuetudinarium, verosimiliter Leges Francorum, Frisorum, Saxonum & Normannorum adjunxerunt vel potius immiscuerunt; *constat enim peritioribus mores nostros cum illorum institutis, magnam partem, habere affinitatem* Matth. de Crim. ad tit. de Sicar. p. 522. vid. Cl. Marekart. in d. exerc. cap. 1. §. 8. Haltauff. in Glossario voce *Fraenkische Regt.* Stockmans *decis. Brabant.* 1. Hert. *Opusc. vol. 1. tom. 2. de Consultat. Legib. & Judic. in Germ. §. 12. pag. 293.*

Probant hoc plurima, quae ex jure Saxonum aliorumque Germanorum adhuc in Foris nostris superfunt, vestigia. Ita (liceat ex innumeris pauca in medium proferre exempla) in statutis nostris verbum *varsten* id est diem proferre, quod est Saxonicum & a voce *Fristen*, id est tempus agendi prorogare descendit. Inde *het Gericht word gevarst*, id est Judicium comperendinatur, sive dies Judicio dicitur. vid. Wachter. & Haltauff. in *Glossar. voce Frist. & Fristen.*

Eodem modo praescriptio annalis, sive anni & diei est Juris Saxonici. Annus enim & dies Jure Saxonico constat anno civili, additis septimanis sex & diebus tribus. *Glossa in Spec. Saxon. Art. 38. Goris advers. tract. 3. part. 1. cap. 9. num. 40.* Itidemque praescriptio trientis saeculi, quae ex eodem jure descendit, alleg. apud *Goris d. c. num. 12. & seqq.*

Sic etiam constitutio Judiciorum sub Dio, quae adhuc hodiedum apud nos observatur, Germanis originem

debet ; „ Germani enim Judicia tam causarum civilium
 „ quam criminalium sub aperto coelo celebrarunt.”
 Haltauff. Glossar. voce *Himmel*.

Ut &, quae a Praeside ad Judicium rite constituendum Assessoribus suis solemnes fiunt interrogationes, atque in diversis nostratum statutis & apud Matth. de *Nobil. lib. 2. c. 38.* inveniuntur, *Bestadung der Ordeelen*, ab antiquis Germanis profectae sunt. „ *Urtheil* enim
 „ hoc sensu usurpatur de sententia interlocutoria, prae-
 „ cipue ea, quam *caxentem in jure* dicimus, qua petebant partes sese instrui ac doceri de ritu legitimo, de
 „ formula solemnī & gestibus, sine quibus nihil rite,
 „ legitime aut firmiter actum censebatur in judicio.
 „ - - - Carebant Germani jure vafro, ejusque inscitia nemo causa cadebat. Una erat cautela, ut per
 „ sententiam Scabinorum edoceri cuperent singula de
 „ forma juris in actu suo judiciario.” Haltauff. in *Glossar.*
voce Urtheil. Schottel. de *Antiq. Germ. Jurib. cap. 29. pag. 579.*

Adde denique hodiernam effestucationem sive solemnem rei immobilis apud Judicem abdicationem, de qua latius agit Goris *advers. tr. 3. pag. 2. cap. 5.*, ex jure Saxonum promanasse. vid. Sande de *effest. c. 1 & 2.*

Ex dictis consequens est, quod si casus in legibus patriis non expressus inciderit, ad ejus explicationem vetus jus Saxonum & Francorum, ut in hisce oris cum jure Romano consuetudinarium, quam maxime proficere posse.

Quod imprimis quoad Feuda usui esse possēt, quatenus apud nos Feuda, ad exemplum Francorum, plerumque ad naturam allodiorum redacta, propriis gaudent

con+

confer
 c. 1.
 Adde C
 Et ha
 fra jure
 quoad
 ere jus
 nes : q
 de, mi
 iudice,
 & Cr. q
 Ita ut
 contine
 ni, max
 dinario.
 Manife
 rium Ru
 Jure Ru
 digendo
 suos exp
 ita Princ
 Adde q
 plura Jura
 zonten ve
 vier Beren
 EN GEWO
 Antiqu
 jura part
 sitibus
 Buerlich
 dictione

consuetudinibus, juxta Sande ad *Conf. Feud. tr. praelim. c. 1. n. 23.* a jure Longobardorum toto coelo diverfis. Adde *Christin. vol. 4. decis. 212. n. 78-82.*

Et hac occasione in transitu notandum, ipsa illa nostra jura, quamvis hodie in scriptura emissa, non quoad naturam mutata, sed adhucdum proprie constituere jus non scriptum & antiquas Regionis consuetudines; *quamvis enim consuetudo vetus in scripturam sit redacta, nihilominus tamen sola scriptura non potest, ex consuetudine, jus scriptum efficere.* *Matth. ad tit. de J. N. G. & Civ. §. 10. n. 6. Voet ad tit. D. de LL. n. 32.*

Ita ut Jura nostra hodierna quae *Landregten* dicuntur, contineant tenorem Edictorum, intermixto, si non omni, maximam tamen partem, jure Provinciae consuetudinario.

Manifestum hoc fiet ex collatione Edictorum & Jurium Ruralium, & hoc porro ex eo patet quod cum de Jure Rurali Tetarchiae Noviomagensis in Scripturam redigendo ageretur, Ordines 11. Maji 1616. Delegatos suos expresse jusserunt ut in hoc opere expediendo *Edicta Principum & bonas Consuetudines adhiberent.*

Adde quod, ut ex illorum inscriptione apertum est, plura Jura Ruralia non solum *Landregten*, sed etiam *Gewoonten* vocantur. Ita *Landregten ende Gewoonten der vier Bovenampten en Reformatie der Landregten* GEBRUIKEN EN GEWOONTHEYDEN *der Graeffschap Zutphen.*

Antiquis consuetudinibus accenseri praeterea debent jura particularia quibusdam Communitatibus vel Universitatibus, quae *Markten, Maelschappen, Boffchen en Buerschappen* vocantur, propria, & quae certa jurisdictione, e sola consuetudine determinata, gaudent. vid.

Landregt van Veluw. *cap. 30. art. 3. cap. 37. art. 6.*
 Schraffert *parte 5. consil. 37. pag. 334.*

Nec solum Consuetudines antiquas sed etiam *bonas & notorias* requirit Cancellariae ordinatio. Prius nempe ad exclusionem consuetudinis erroneae & irrationabilis, quae nunquam admittenda, Voet ad *tit. D. de LL. num. 28.* posterius, ut inde discatur consuetudine dubia & ambigua non utendum, ita ut ante omnia de facto & veritate consuetudinis constare debeat, priusquam in illa jus fundari possit vid. *Christin. vol. 4. decif. 212. num. 81. & 82.*

Quomodo autem Consuetudo sit probanda vid. apud Voet ad *d. t. n. 32. & seqq.*

Gemeene beschreeven Regten. Jus Scriptum commune. Per haec verba Jus Caesareum sive Justinianicum, quod *Jus Civile Romanorum* dicitur, jam medio aevo indigitatum notat Haultauff. in Glossario voce *Kaysfer Regt.* Hinc, ait Stockmans *dec. 1. n. 1.*, a Belgarum Principibus centies constitutum est ut, deficiente jure proprio, ad Leges Romanas, quas *jus commune* vocat, recurratur. Et testatur Hertius *de Consult. Legib. Judic. in Imp. Rom. Germ. §. 15. in vol. 1. tom. 2. pag. 302.* in Receptibus Imperii *communium legum* nomine, non leges Germaniae veteres sed leges Romanas intelligendas esse.

Nunc, ait Bynckersh. in *praef. obs. Juris Romani*,
 „ Jus Romanum ut *jus commune* esse receptum, mul-
 „ tae leges significant; remittunt enim, deficientibus
 „ legibus propriis ad *jus scriptum* vel *commune*, quo
 „ utroque Romanum civile intelligi certum est.”

Evidentissime enim constat quod Belgae omnes Jus Romanum amplexi sunt v. auctores plena manu allegati a Feltmann. *de Jure Perborrest. c. 15. n. 17.* qui *num.*
seq.

seq. docet per jus optimum rationi & aequitati conveniens in Statutis Groning. Oml. & in jure Drentbiae denotari Jus Romanum, hisce additis „ Inficias ire nemo mor- „ talium aufit Jus Romanum esse jus optimum & opti- „ ma ratione atque aequitate fundatum, nisi ipse se „ rationis incapacem prodere velit ” allegatis Duck de auct. jur. civil. lib. 1. c. 2. n. 5. & seqq. Nic. Tulden. in praef. ad Damboud. prax. Civ.

Ergo, post haec tantorum Virorum Testimonia, de hodierna significatione vocis Juris communis, disputa- re vanum est, praesertim in Gelria, ubi haec expli- catio indubia est. Ita Statuta Civitatis Zutphaniae tit. 16. art. 20. editionis novissimae, de Jure Caesareo scripto, si municipale desit, adhibendo, expressis verbis mentionem faciunt. Praeterea Leges Provinciae Connubiales, quae Egt ordnung vocantur & extant inter Placita Gelriae tom. 2. pag. 387. non solum de Jure communi, sed nominatim de jure Caesareo communi loquuntur, in verbis; alle andere huzwylksaken sullen blyven in de dis- positie van de gemeyne Keyserlyke regten, daer die Land- en Stadregten en de oude welbergebrachte gewoonten cesseren. Id est; Omnes reliquae causae matrimoniales, de qui- bus sive Jura Ruralia & Municipalia sive antiquae legi- timaeque consuetudines silentium habent, a dispositio- ne Juris communis Caesarei pendebunt.

Jus autem Caesareum commune significat illud jus quod omnibus commune est, vel saltem omnibus commune esse potest, idque ad exclusionem juris Romani illis in par- tibus, quibus ratio & praesens Reip. Status obstat.

Uti enim Leges Romanorum circa Magistratus, fer- vos, jus vitae & necis Parentum in Liberos, stipula- tiones & plura alia partim rationi partim praesenti re- rum

rum statui accommodari nequeunt, ita nihil impediret, quominus Jus Romanum ubique ut *jus commune*, quoad Testamenta eorumque formam, annos majorenitatis, praescriptionem & alias infinitas materias, si de illis nullibi statutis propriis cautum fuisset, admitti posset & deberet.

Quandoquidem enim, ait Heemskerck. *Batav. Arcad. p. 733.* „Leges Romanae, ex judicio prudentiorum, „sapientiae & aequitatis plenae sunt, ideo primum ceu „exempla Sapientiae & aequitatis, deinde autem moribus veluti leges receptae sunt.” Et Ranchin. 2. *var. lect. 3.* leges Romanas laudat ut „leges divinas & cum „ipsa aequitate & justitia natas.”

Memorari idcirco merentur verba Clarissimi van der Marck, licet plerumque de jure Romano non admodum honorifice sentiat, quibus in *Instit. Fur. Civ. §. 52.* docet illud jus, quod *commune* vocari suevit, revera nihil aliud indigitare quam jus omnibus Civitatibus commune, sive, quod idem est, jus naturale externum. Addens „Et cum hoc jus naturale externum, unde „collectum est jus positivum civile, in corpore juris „Civilis ab Imperatore Justiniano in lucem edito, a „bunde profert & fere quibusvis negotiis civilibus asfatim applicatum fuerit; hinc ideo nonnunquam vocatur *Jus Caesareum commune*, quasi jus naturale in „isthoc Jure Justiniano ubique obvium.”

Apparet inde, quam improprie locuti sunt Legislatores Drenthiae *lib. 1. art. 24.* & Transilvaniae *parte 1. tit. 2. art. 12.* ut & Daventrienses *p. 2. tit. 11. art. 10.* ubi per *jus commune*, jus sive consuetudinarium sive Statuta vicinorum intelligunt, statuentes instrumentum mandati non valere nisi a Constituyente judicialiter sit

con-

confeder
per pr
re & pr
Illud e
ni, sed
atroque
oque ne
Daven
civitem
titulo ar
allegant &
genere Ke
tit. 3. ar
Verbis
explicatis
„ Quoc
„ ris vide
„ site ad
„ suetudi
„ denda.”
„ Certi
var. lect. h
„ do servar
„ ges, in
„ constitui
„ longove
„ vatium.”
Si ergo
exempli lo
que Patri
decisa, J
Neutiq

confectum, exceptis illis Personis illustribus, quibus per privilegium ex *jure communi* mandata sua subscribere & proprio sigillo munire licitum est.

Istud enim privilegium, non juris naturalis nec Romani, sed juris positivi esse abunde ex eo constat, quod utroque jure simplex declaratio mandati sufficiat, adeoque nec actu judiciali nec privilegio opus sit.

Daventrienses certe *jus illud commune*, allegato loco, diversum a Jure Justiniano habuerunt, dum in eodem titulo *art. 3.* nominatim de *beschrevene Keyserlyke regten* allegant & sibi de Jure Romano memorantes, illud de *gemeene Keyserlyke vel Roomse wetten* vocant v. *p. i. tit. 3. art. 4. & p. 3. tit. 4. art. 11.*

Verbis itaque paragraphi nostrae, quantum sufficit, explicatis, hic ejus erit sensus;

„ Quod si quaestio moveatur ad aliquam speciem juris ibidem expressam, pertinens, illa, si nihil apposite ad casum in ipsa specie juris vel in antiqua consuetudine est definitum, ex jure Romano est decidenda.”

„ Certissimum est”, ut de Gallia testatur Ranchin. *var. lect. lib. 2. cap. 3.* „ Leges Romanas eodem modo servari ac custodiri debere ac ipsas Gallicas leges, in omnibus iis rebus; de quibus nihil regiis constitutionibus sancitum aut definitum reperitur, longove usu aut consuetudine in contrarium observatum.

Si ergo, quod quoad interpretationem d. paragraphi exempli loco est, quaestio Juris Ruralis inciderit, quae Patrio jure & consuetudine veteri non reperitur decisa, Jus Romanum in subsidium adhiberi debet.

Neutiquam autem articulus noster ita intelligendus, quasi

quasi in casibus non definitis gradatim esset ascendendum hoc modo, ut si de casu, ad jus Rurale pertinente, Jus Rurale nihil statueret, tunc ad Jus Feudale, si nihil Jus Feudale, tunc ad Jus Municipale, & sic de caeteris, pergendum, &, excussis omnibus juris speciebus, demum jus Romanum in auxilium vocandum esse.

Hoc enim verae statutorum explicandorum analogiae contrarium est, cum Jus Feudale sese non ulterius quam ad Feuda Jus aggerum ad aggeres, jus fluminum ad flumina &c. extendat, adeoque absurdum esset Jus Rurale ex Jure Feudali, Jus Feudale ex jure aggerali vel aquatico exponere & quaestionem de certa juris specie ex jure diverso, illique quaestioni enucleandae plane improprio extricare: Eodem modo ac si quis materiam Juridicam ex rationibus medicis adstruere vellet. *Cum tamen certum sit, ut ait Sande ad Conf. Feud. tr. prael. c. 1. n. 23. contra principia Logicorum impingere illos, qui saltem faciunt ab una juris specie ad aliam.*

S E C T I O II.

Ea est Legum Romanarum dignitas atque tam conspicua aequitas, ut pleraeque gentes illas, tanquam normam justitiae sibi adsciverint, etiam qui Imperii Romani Majestatem non agnoscunt, ut Hispani, Galli atque ipsi Musulmanni seu Turcae, qui Codice Justiniano utuntur. *Stockm. Decis. Brab. 1. n. 9.*

Quamque Legum Romanarum excellentiam & necessitatem

statem eo
jura Belli
ino pro ip
Principum
dubitaverit
Quapropter
stantiam ju
prolixo ref
tilitates,
sare ex Tri
ant Viri E
N. G. &
Observa
hibendum
re utilitati
paret illud
prelle, ab
manumissio
um, vid.
scrip. Gelr.
ne propriis
& Groenew
aequo induli
Secundo
cellariae soli
Jus dicit
explicimus
omnia mino
probant fl
rum, Jus
que Leges
in judicia

statem eo usque extendit Albericus Gentilis *Lib. 1. de jure Belli Cap. 3.* ut Jus Romanum pro jure Gentium, imo pro ipso jure naturae habendum & ad dirimendas Principum controversias advocandum esse, asserere non dubitaverit.

Quapropter non opus erit, magno apparatu, praestantiam juris Romani in apertum producere, illosque prolixè refutare, qui jus Civile, tanquam circa subtilitates, plurimaeque inutilia solummodo occupatum, fere ex Tribunalibus ejiciunt, cum id ante me fecerunt Viri Eruditi & inter illos Matth: ad *tit. f. de f. N. G. & Civ. §. 10. n. 6. & seqq.*

Observandum autem tunc Jus Caesareum non adhibendum, quando illud, ut ait Bynkershouk, aperte utilitati Reip. repugnat, vel, quando manifeste apparet illud in quibusdam articulis, sive tacite sive expresse, abrogatum esse, veluti in materia servorum, manumissionum, adoptionum, arrogationum & similibus, vid. *Placita Gelriae tom. 2. p. 344. Sande in descript. Gelr. §. leges & jura p. m. 267.* Cavendum tamen ne propriis rationibus atque arbitrio nimium tribuamus, & Groenewegio aliisque in admittenda abrogatione plus aequo indulgeamus. vid. *Marck. d. exerc. c. 2. §. 9.*

Secundo observandum, quod quamvis Ordinatio Cancellariae soli sit Curiae, quae directe nomine Principis Jus dicit, praescripta, nihilominus paragraphus, quam explicuimus, legem contineat generalem, adeoque omnia minora Regionis tribunalia obligantem. Id enim probant statuta Praefectarum superiorum & inferiorum, Jus Municipale Boemeliae, circa finem, aliaeque Leges, quae deficiente jure Patrio Jus Romanum in judicia advocant, & hoc suadet sana ratio, contra-

dictorium enim esset summum Tribunal Juri Caesareo in subsidium adhibendo obnoxium & minora judicia, silentibus legibus & consuetudinibus Patriis, a tali analogia libera esse; Praesertim cum sententiae inferiorum Judicum appellationem ad Curiam patiantur, & incongruum esset illos ex aliis legibus, quam ipsa Curia, quae secundum leges sententias prioris instantiae vel confirmat vel reprobat, imo ex ipso arbitrio causas dijudicare.

Hinc videri potest, quam imprudenter illi agant Judices, qui auctoritate legum ferendarum destituti, novas leges, praesertim a Jure Patrio & Romano alienas, fanciunt, utpote qui compertum habere debeant, causas ex novis legibus decidas, maximo partium detrimento, in appellatorio esse rescindendas.

Examinemus porro quo tempore Jus Romanum in nostra Provincia fuerit adoptatum. Prima constitutio, in qua de illo jure in subsidium adhibendo, expressa fit mentio, est Ordinatio Criminalis a Rege Philippo anno 1570. omnibus suis Regionibus citerioribus, interque illas, Gelriae praescripta, ubi, quoad modum poenarum adeoque quoad certam juris speciem, Judices ad Jus Civile Romanorum remittit.

Hunc secutus est Carolus Quintus in Ordinatione Cancellariae, secuti sunt Ordines in Ordinatione Cancellariae renovata & deinceps in Legibus Ruralibus, quas superius allegavimus, ubi indiscriminatim Jus Romanum, ubi Patriae Leges silent, illarum explicationi ut subsidiarium advocarunt.

Non aperte constat Jus Romanum jam ante a Carolo Audace in hac Provincia expresse fuisse receptum, sed illud tamen admodum est verosimile.

Quo-

Quonia
est cum
leganti di
Rom. in
Hollandia
prof. ob
etiam cre
anno 147
caste.

Et haec
cia adoptio
(si non pe
summi Im
simis tem
Audacem

Vir Am
Belgicae C
gurali de
spicatur J
publice de
erat, veni

in Holland
conpicere n
& Investitu

& longe at
mano Ger
vid. Kinsch
stitutionib

pliff. in d
kio probe
in German
idem temp

Quoniam enim ille *Jus scriptum* (quod indubie, licet cum aliis dissentire videatur Consultiff. Bögel in elegantissima dissertatione *de orig. usu atque auctoritate Fur. Rom. in Belgio pag. 15.*, jus Romanum significat) in Hollandiam expresse introduxit, vid. Bynckershouk in *praef. obs. jur. civil.* Marckart *dissert. alleg. c. 2. §. 4.* etiam credibile est illum idem hoc Jus in Gelriam ubi anno 1473. Cameram Justitiae instituit, aperte advocasse.

Et haec quidem de expressa juris Romani in Provincia adoptione. Videamus nunc an non Leges Romanae, (si non per apertam) saltem per tacitam declarationem summi Imperantis & per usum diuturnum jam antiquissimis temporibus adeoque dudum ante ipsum Carolum Audacem, in nostra Provincia fuerint receptae.

Vir Amplissimus Henricus Fagel, nunc Foederatae Belgicae Grapharius, in Eruditissima Dissertatione Inaugurali *de Origine & Usu Juris Romani in Hollandia*, suspicatur Jus Romanum e Gallia, ubi id tunc temporis publice docebatur, in Burgundiam, quae regno vicina erat, venisse & inde a Carolo Audace Burgundiae Duce in Hollandiam translata esse; Quod quoad Gelriam conicere non ausim. Gelria enim, quod ex Historiis & Investiturarum pactis abunde patet, eo tempore erat & longe ante fuerat Feudum & Membrum Imperii Romano Germanici, adeoque eodem modo ac Brabantia, vid. Kinschot *de Rescriptis Gratiae cap. 2 & 3.* ejus constitutionibus sine dubio devincta; Atqui, cum Vir Ampliff. in *d. Dissert. pag. 10.* dilucide ex Leyfero & Strykio probaverit Jus Romanum jam seculo tertio decimo in Germaniam transiisse, hinc sequitur illud etiam circa idem tempus in Gelria auctoritatem suam jam exercuisse, quam

quam Carolus Audax verosimiliter expressis verbis asseruit. Et sane dubitari vix potest jam ante saeculum XIII. imo etiam ab antiquissimis temporibus Jus Romanum in hisce Regionibus innotuisse, sive ad tempus Antonini Pii, quando Batavi, Romanorum Socii & Amici, fortasse illorum leges, propter earum praestantiam, adoptarunt, recurras. Vid. Arth. Duck *de Usu & auctor. Juris Civil. lib. 2. C. 7. n. 42.* sive illud referas ad tempora Saxonum, vel ad tempora Caroli Magni, quando haec Provincia sub Francorum & dein sub Germanorum Imperio fuit, eorumque leges, interque illas, Jus Romanum sive Justinianicum sive Theodosianum, quo Saxones, Franci & Germani utebantur, recepit v. eund. *cap. 1. & cap. 5.* & imprimis Wagenaar *in Histor. Patr. lib. 5. pag. 18.*

Quicquid sit, sive quod Majores nostri vi armorum, vel libere & ultro, seu ante vel post Caroli Magni tempora, Jus Romanum suis consuetudinibus immiscuerunt, vid. Marck. *alleg. exercit. c. 1. §. 1. 2. 6. 7.* illud evidens est, Leges Romanas nostrasque consuetudines tam amice conspirare, ut credibile sit, illas ex jure Romano praecipue fuisse desumptas, & sic revera Jus Romanum, jus consuetudinarium hujus Regionis esse. Si enim leges nostrae, ut ut mutatae, accuratius inspiciantur, & in illis distinctio inter Jus ad rem, & in re, differentia actionum, natura contractuum personalium & successionum ab Intestato, poena delinquentium, & multa alia observentur, facile patebit, cui fonti scaturiginem debeant.

Quae omnia evidentiora fient si, quod jam superius probavimus, accuratius perpendamus.

Nempe antiquissimis temporibus nullum Jus in hac nostra

Ita Regi
Edictis
sunt &
quoniam

Ego tu
culo qua
emissa,
privatorum
tudinarius
in ipsa Ca
lone voca

Cum au
Ruralibus
ut ex cor
reformati

sunt, in
Civile Ro
mis temp
consuetud
san Carolu
nos recept

Nihil ite
illis, quae
expediebat
sumptum,
servire &

Leges
tiam, si
quasdam
mas, ap
cum in
fundamen

stra Regione in scripturam redactum fuisse, nisi quod in Edictis Principum, de *Landbrieven*, quae breviuscula sunt & de jure privatorum aut nihil aut perpauca loquuntur, continetur.

Ergo tunc temporis & antequam illa Edicta, quae saeculo quarto decimo edi coeperunt, in lucem fuerunt emissa, necesse fuit decidendis controversiis circa jus privatorum ortis, ob defectum juris scripti, jus consuetudinarium sive non scriptum, quod toties in Edictis & in ipsa Cancellariae formula, *alde gewoonten en alde herkomen* vocatur, adhiberi.

Cum autem illud Jus non scriptum postea in Juribus Ruralibus (*de Gereformeerde Landregten*) quae quidem, ut ex eorum inscriptione manifestum est, ab Ordinibus *reformata*, non autem in leges plane novas commutata sunt, in scripturam redactum sit, & singulis paginis Jus Civile Romanorum redoleat, sequitur jam ab antiquissimis temporibus Jus Caesareum in hac Provincia jus consuetudinarium adeoque jam dudum, priusquam forsitan Carolus Audax illud expresse confirmaverat, apud nos receptum fuisse.

Nihil itaque, quandoquidem jus nostrum, mutatis illis, quae mutari pro genio incolarum cujusque territorii expediebat, ex jure Romano maximam partem sit desumptum, magis naturale est, quam posterius priori deservire & subvenire debere.

Leges autem Romanas, propter earundem excellentiam, si Jus publicum, formam Regiminis & inutiles quasdam subtilitates & solemnitates in jure privato demas, apud politiores Gentes receptas esse nil mirum, cum in jure Naturali adeoque in sana & recta ratione fundamentum habeant.

Unde fit, quandoquidem controversiae emergere possunt, quae non magis in Romanorum quam in Gelro- rum jure & consuetudinibus inveniuntur expressae, argumento l. 10. & l. 12. D. de LL. illas ex Jure Naturali, quod ubi clarum & indubium est, omnium legum bene ordinarum, adeoque etiam Romanarum, si fortassis quasdam consuetudines notatas a Cl. Marck d. exercit. c. 2. §. 5. & seqq. excipias, prima basis est, judicare suaderem.

Et ita interpretanda mihi videtur vetus illa formula, ex qua Judices, silentibus legibus, moribusque dubiis, secundum sensus corporeos judicabant, *na here wyf sinnen wesen*, id est ex simplici naturalis rationis dictamine, ut ait Marck d. exercit. c. 1. §. 8. vel uti tabulae Joannis Brabantiae Ducis anni 1312. habent apud Stockm. dec. 1. n. 21. secundum quod Judicibus aequius melius videretur, sive, quod idem est, ex Jure Naturali, excluso Judicis arbitrio nisi quatenus in recto & bono erat fundatum.

Quod autem ad veram & genuinam Juris Romani applicationem attinet, res ipsa loquitur illud a sententia privatorum Jure Consultorum, nisi in lege vel ratione fundata, non pendere. Quapropter sane illi, qui in foro causas tractant, multa agendo nihil agunt, dum hic, ut ait Marck d. exercit. c. 1. §. 10. *centum pro se allegat Doctorum Judicia & Responso*, ille totidem contra, dumque, sive ex defectu judicii sive ad ostentationem, immania Doctorum Plaustra, quorum apud Cardinalem Tuscum, Besoldum, Speidelium, Barbofam, Bernhardum Zutphaniensem, aliosque Compilatores facilis est copia, convehunt, & ad probationem Juris Romani cumulant, immemores quod plurimi inveni-

veniam
simpliciter
dicent,
quereis a
tem aucto
Lib. VII
auctori p
Commen
sublimitat
ut ipsam r
sorbent,
torem, q
Ipli igit
si bene ag
judice, p
civilis, ip
allegans &
cto tramit
Quod si
sativa, tur
sum ratioc
auxiliante
conlectanea
tuali derive
taque lex &
quibet let
Bynckersh
tae auctorit
sitionitur.
neque com
tas ulla sit
errorem de

veniantur Commentatores, qui in quaestionibus etiam simplicissimis, vel lege non intellecta, vel animo contradicendi, a communi & recepta opinione resiliant & in quaevis absurda abeant, ita ut raro difficile sit auctoritatem auctoritati opponere, cum tamen, quod ait Livius *Lib. VIII. c. 40. non facile sit aut rem rei aut auctorem auctori praeferre*; Praeterquam, quod plurimi Doctorum Commentarii tam multis distinctionibus, limitationibus, sublimitationibus, exceptionibus & fallentiis scateant, ut ipsam regulam, quam sibi proposuerunt, penitus abforbeant, & creata Lectori nausea, illum multo incertiores, quam dudum, dimittant.

Ipsi igitur Commentatores sua ex legibus & ratione, si bene agunt, depromere debent, & hinc multo, me judice, plus sapit, qui ipsos fontes adit, legem ex jure civili, ipsum casum directe & apposite determinantem, allegans & immotus, sine multo verborum, quae a recto tramite non raro in devia trahunt, apparatu, urgens.

Quod si autem nulla lex vel consuetudo inveniatur positiva, tunc analogice, a casu expresso ad casum omis- sum ratiocinandum, legesque e se invicem explicandae, auxiliante sana Logica, qua proxima, consequentia & consecutanea legum recte ex ipsis legibus & ex jure Naturali deriventur *L. 12. L. 13. L. 32. de LL.* Cum itaque lex & ratio auctoritatibus Doctorum praevaleat, quilibet Ictus sibi obsequenda praescribat verba Ampl: *Bynckersh: in quaest. Jur. priv. lib. 2. c. 2. quot & quantae auctoritates sint, illis non assurgo, si lege aut ratione destituantur.* Et, ut ait Voet *ad tit. D. de LL. n. 28. neque communis Doctorum opinionis neque glossarum auctoritas ulla sit, si cum ratione pugnare & communem continere errorem demonstratur.*

S E C T I O III.

Quantum Provinciae interfit, ut circa applicationem five Juris Civilis five alterius aliquid certi obtineat, res est manifesta; Si enim liberum esset Judici pro arbitrio & prout aequum videretur, ubi patrii mores deficiunt, nunc admittere in subsidium nunc rejicere auctoritatem juris Civilis, tunc omnia, maximo incolarum detrimento, in judiciis incerto casu fluere, ut quod hodie Jus, cras esset injuria. Et a nostris judiciis removendum quod olim Comitibus saeculi noni objiciebatur, nempe illos pro arbitrio in causis dijudicandis vel Jus Romanum vel Edicta Regia secutos esse vid. *Histor. Patr. lib. 5. p. 18.* Exponendum ergo quomodo & quatenus apud nos obtineat Jus Romanum.

Expedit illud, quoad Hollandiam, Ampliff. Fagel *d. dissert. cap. 3.* Nostrum erit propius ad jus Provinciae Patriae accedere, in cujus expositione unicuique vere mirum videri debet, quod, licet Ordinatio Cancellariae, verbis adeo perspicuis & energeticis, jubeat in controversiis, ubi leges Patriae five scriptae five non scriptae defunt, jure Romano utendum, inveniatur nostrae Provinciae non infimae notae Isti, alia intermedia quam Jus Romanum in definiendis quaestionibus inculcantes, ut Lambertus Goris & Johannes Schraffert Viri caeteroqui, qui, in explicandis Legibus Patriis, immortalem sibi gloriam pepererunt. Quorum ille *Advers. tr. 3. p. 2. c. 9. n. 28.* & *tractat. 4. §. 1.* eandem vel parem auctoritatem Juri Pontificio quam Caesareo in enu-

cle-

eleandis
 claritate
 am Legib
 nis obtine
 beat, aq
 nico prae
 nullus ca
 ullius sit
 Docet
 quibus Pat
 ad Jus Civ
 nico five P
 Veloc. n.
 quam quo
 fuerudo in
 in Legibus
 vel Restor
 sus, ista de
 ac valeat,
 Legillatori
 Velavicus,
 quod in ca
 tradunt Do
 referri de
 ro; Quar
 mutavit V
 phonicis,
 isti praest
 » potius
 » in huj
 » colabib
 » moribu

cleandis controversiis videtur attribuere, alter vero auctoritatem Juris Civilis adeo extenuat, ut illud non solum Legibus, quae in hujus Provinciae diversis territoriis obtinent, sed etiam vicinorum statutis fere posthabeat, atque in praefatione, quam Codici Gelro Zutphanico praemisit, in limites ita angustos redigat, ut fere nullus casus dari possit, in quo definiendo Jus Romanum ullius sit utilitatis.

Docet Goris *l. all.* in dijudicandis controversiis, de quibus Patriae leges silentium habent recurrendum esse ad Jus Civile Romanum Caesareum, comite Jure Canonico sive Pontificio: Schraffert autem ad *prooem. Reform. Velav. n. 13.* in praxi nihil notius ac necessarium esse, quam quod, si Reformatio Velaviae, vel communis consuetudo in aliquo casu vel deficiat vel sit obscura, qui in Legibus quatuor Praefecturarum superioris Bataviae vel Reformationis Comitatus Zutphaniae reperitur decisus, ista decisio in Judiciis Velavicis pro lege possit allegari ac valeat, desumpto argumento a tacita voluntate ejusdem Legislatoris, qui, rogatus de eadem quaestione in legibus Velavicis, sine dubio idem respondisset ac statuisset, quod in caeteris Tetrarchiis. Quo etiam pertinet, quod tradunt Doctores, statuta dissimilia Juris non habentia, referri de loco ad locum, etiam excluso Jure Romano; Quam tamen sententiae suae rationem aliquantum mutavit Vir Nobiliss. in *Praefatione Codicis Gelro Zutphanici*, ubi vim decisoriam Statutorum vicinorum non isti praesumptae Legislatoris voluntati adscribit; „ Sed „ potius mutuae affinitati & analogiae consuetudinum „ in hujus Provinciae Tetrachiis, quarum incolae vi „ cohabitationis sub eodem aëris climate, sub iisdem „ moribus, sub eodem Principe, quasi in unum cor-

„pus redacti, plusquam vero similiter easdem vivendi
„regulas & mores secuti esse sunt praesumendi.”

Ut de sententia Lamberti Goris prius dicam, Canones Pontificios tanquam leges subsidiarias in hac Provincia, lege vel Statuto, receptos, vel cum Jure Civili adaequatos esse, nunquam probari poterit.

E contra, ut nil ulterius de Ordinatione Cancellariae, qua neutiquam Jus Pontificium, sed unice Jus Civile Romanorum in subsidium advocatur, dicam, leges connubiales, atque adeo tales, quae circa objectum juris Canonici versari viderentur, dum, uti superius vidimus, Jus Romanum disertis verbis in subsidium vocant, eo ipso Jus Pontificium excludunt. Et recte, quandoquidem Canones Matrimonium rem mere spiritua-lem existimant, cum tamen, ex saniori sententia, causa Matrimonialis politica potius sit & civilis quam spiritualis. Sande *decis. lib. 1. dec. 3. def. 2.* diversa ratione; Pontificii enim Matrimonium Sacramentis annumerant, purioris autem Doctrinae Cultores ad obligationes mere personales, quae ad Judicem saecularem & in hac nostra Provincia ad Curiam pertinent, referunt. Accedit, quod prioribus saeculis, cum lux hilarior reformatae Religionis nondum affulserat, Canones non universim, sed certis tantum casibus fuerunt admissi, in controversiis scilicet *de legatis ad pias causas, de matrimonii, de beneficiorum Ecclesiasticorum, praebendarum ac sacerdotium Jure*: In reliquis autem causis Romani Pontificis atque Episcoporum Imperia, comminationes & fulmina semper insuper habita fuere: Hodie abjurato Pontificio Imperio omnes istae causae pertinent ad Curiam Provinciam, exceptis legatis piis, quorum conditio coram ordinariis judiciis instituenda est. Sande in *deser.*

Gel-

Gelria p.
Ips. quod
Hoc cu
contat Ph
Belgis in
telam con
lus Egmun
ad Dreni
Drentimis
confirmat,
Veni co
Drenio vo
mortificari
certi, da
viter Dres
atgerigt:
halden, no
stendome
und gebri
Quid au
Gelria, ac
buerit, P
minoli in il
Exat Cl
M. S. cui
anno 157
emita, cu
Academia
meo, J. C
qui exem
nicavit,
mediocrit

Gelriae p. 268. add. Gor. adv. tr. 3. p. 1. c. 9. n. 25. segg. quod satis convenit cum aliis Belgicae Provinciis.

Hoc enim, quod observat Clar. Trotz: *Tbes.* 108. constat Philippum filium promississe & Brabantinis & Belgis in legibus fundamentalibus Patrocinium & Tutelam contra jurisdictionem Ecclesiasticam. Idem Carolus Egmundanus Gelriae Dux & Zutphaniae Comes quoad Drentiam fecit, dum in Charta anni 1527., qua Drenthinis, quos Jure belli sibi subjecerat, privilegia confirmat, hoc modo inter alia edixit;

Voert en willen Wy na dese dage in onsen Lande van Drenthe voirs: buiten testamentale, matrimoniale und gemortificeerde sake, gien bannen nog excommunicatien geëxerceert, dan 't selve met brachii secularis, als mit hulpe onser Drosten voirs: unde den xxiiii. Etten gevordert und utbgerigt: Oeck alle dingen van Cloesteren nyet anders geholden, nog gebrueckt hebben, dan gelyk die in onsen Furstendomme van Gelre und Graeffschap van Zutphen gebolden und gebruekt worden.

Quid autem quoad jurisdictionem Ecclesiasticam in Gelria, ad quam Dux Drenthinos remittit, locum habuerit, Pater meus abunde in sua *de Jurisdictione Criminali* in illa Provincia dissertatione demonstravit.

Extat Charta Caroli Ducis integra in Codice quodam M. S. cui Titulus; *Land-Rechten van Drenthe* &c. quem anno 1574. conscripsit Gerhardus Daventriensis Bethlemita, cujus copiam Vir Doctissimus Petrus Bondam, in Academia Gelrorum Antecessor, Amplissimo Viro, Agnato meo, J. C. van Haffelt, Urbis Zutphaniae Consuli fecerat, qui exemplum ejus pro humanitate sua mecum communicavit, ex quo Sandii superius laudati testimonium non mediocriter confirmatur.

Et cujus quaeso utilitatis hic esset Jus Canonicum, quod raro alibi, nisi in causis matrimonialibus & decimarum, usitatur, dum quaestiones de aliis causis facile ex Jure Civili expediri possunt? Eodem autem modo, ut matrimonia apud nos sunt ordinarii Juris, ita & decimae, quae ab antiquissimis temporibus nunquam ad Clerum, sed semper ad Principem pertinuerunt, & Juri a Canonibus plane diverso, subsuerunt. v. Nobil. Schraffert *de jure Decimandi Gelrico*.

Priusquam ad examinandam sententiam ejusdem Dom. Schraff. in praemissis propositam progrediamur, observandum erit etiam dari Istos, qui docent, quod, statuto inferioris loci deficiente, ad statuta Metropolis recurrendum sit, vid. alleg. apud Goris *advers. tr. 4. §. 3. ibidemque notata*.

Ex quo si quis inferat, quod, deficiente statuto alicujus Tetrarchiae vel Territorii, statutis Metropolis ejusdem Tetrarchiae utendum, is mihi longe a vero aberrare videtur. Cum enim tali in casu Legislatores Judices ad Jus Civile remittant, sanae rationi consentaneum non esset, si Judices ad aliena statuta, vim legis in suo territorio non habentia, convolarent & sic, admitiendo leges extraneas, revera sibi facultatem legislativam, subjiendo Incolas Juri alieno & nunquam eorum respectu a Principe adoptato, arrogarent.

Si quis autem, nixus hoc dogmate, affirmet, quibusdam Oppidis minoribus in casibus dubiis ad statuta Metropolis suae pergere liberum esse, ponendum esset talibus oppidis competere jus condendi leges, sive quod idem & unum est, jus alienas leges adoptandi.

Quae assertio, cum facti sit, prius esset probanda, ita

ita ut, nisi
ritati, in
Romanae et
Nec mov
Ulpianus no
me, nec co
quo Uris R
Argumen
stravit, quo
de certo ca
ritentia sed
complabo.
Istud dix
& Metrop
Illa enim
tra omnes
Metropoles
cum occup
vel commu
Non ob
suo mitan
constituant
Civitatis, c
mere.
Plane enim
habere fac
quod eode
Hoc enim
set Equitib
adsum, &
adfidemib

ita ut, ubi haec probatio deficit, Leges Rurales Ter-
ritorii, in quo sita sunt &, in casibus omisfis, Leges
Romanae essent sequendae.

Nec movet in contrarium *L. 32. D. de Legib.* Ubi
Ulpianus *non apparente Jure scripto, nec longa consuetu-
dine, nec eo quod proximum & consequens ei sit, tunc jus,
quo Urbs Roma utitur, servari debere, docet.*

Argumenta, quibus Le Maitre Plaidoyè 12. demon-
stravit, quod ubi in Gallia propria lex vel consuetudo
de certo casu nihil disponit, tum non ad statuta Pa-
risiensia sed ad Jus Romanum esse recurrendum, non
compilabo.

Illud dixisse sufficiat, infinitam inter Urbem Romae
& Metropoles nostras intercedere diversitatem.

Illae enim legislativa Majestate & summa auctoritate
erga omnes populos sibi subditos praedita erat, nostrae
Metropoles primum tantum inter reliquas Civitates lo-
cum occupant & erga illas nullum Jus ferendae legis
vel communicandae consuetudinis exercent.

Non obstat, quod ista Oppida ad Comitium Ordinum
suos mittant Delegates & partem supremi Regiminis
constituant, adeoque illis liberum sit statuta Primariae
Civitatis, excluso jure Rurali & Romano, sibi assu-
mere.

Plane enim diversum est Ordinum Membrum esse &
habere facultatem sive propriae legis ferendae, sive,
quod eodem redit, alienae adoptandae.

Hoc enim si procederet argumentum, consequens es-
set Equitibus, qui virtute natalium & bonorum Comitibus
adsunt, & in quibusdam Provinciae partibus, etiam non
adsidentibus Urbium Delegatis, Judicia constituunt, jus
figen-

figendi leges in territorio Judicii, cui praesunt, competere, quod tamen nemo sanus affirmabit.

Nec etiam obest, quaedam Oppida ex *longaeva consuetudine* statutis Metropoleos suae fuisse usa:

Consuetudinem enim, quamvis longissimam, si ratione careat & contra normam juris sit, nullum pondus habere, ex eo manifestum est, quod, ut vere ait Voet *ad t. D. de LL. n. 28.*, non minus in consuetudine quam in legibus justitia desideretur & rationabilitas; Sic ut id, quod non ratione introductum, sed errore primum, dein consuetudine obtentum est, in aliis similibus obtinere non debeat, nec deinceps in judicando servari, sed in universum potius aboleri, velut iniqua morum corruptela.

Quoniam igitur sanae rationi obstat, ut quis sibi facultatem sive legis propriae ferendae sive peregrinae assumendae, quae soli Principi propria est, adsciscat & ex consuetudine erronea Principis auctoritati, quam sibi soli reservavit, praescribat, sequitur talem consuetudinem, ubi adhuc viget, abolendam.

Tandem argumenta, quae pro observandis in Oppidis minoribus Primariarum Civitatum statutis, ex eorum aequitate assumuntur, nihil probant.

Aequitas enim illorum statutorum nihil aequitati Juris Romani demit, quo circa in proclivi est aequitatem istam, quae praetextitur, ad Jus Romanum a Judicii Oppidorum repellendum, nihil proficere. *Pessime enim*, verba sunt Petri Stockmans *decis. Brab. 1. n. 5.* ageretur cum jure, si a cujusque captu & censura penderet Legis, quae in foro a causidicis adducitur, aequitas vel iniquitas, quod revera non aliud esset, quam jurisprudentiam stirpitus abolere.

Per-

Peregrinus
nam, quatenus
nam ea se in
rec ratio ar
minenda;
voluntati a
cellariae &
riorum de
declaratae,
mentum a na
dem questio
spondit, et
nam qu
Ranchin.
trahi ad
untur
eas expre
Et tanto
Principis p
gibus apud
In illis ex
contrarium
Praeterqu
de nihil pro
per in uno
tur unum i
ductum esse
quidem in
fira, quod
plo, ex n
jure pleru
Et, qu

Pergamus ad quaestionem a Nobil. Schraffert propofitam, quatenus nempe Jura Ruralia diverforum territoriorum ex fe invicem fint fupplenda? in qua, nec doctrina, nec ratio argumentandi Clariffimi Viri mihi videtur admittenda; non *doctrina*, quandoquidem illa expreffae voluntati a Principe multoties, ut in Ordinatione Cancellariae & Connubiali, in Statutis Praefecturarum fuperiorum & Inferiorum, in Municipali Boemeliae & alibi declaratae, e diametro repugnat; non *ratio*, quia argumentum a tacita voluntate legislatoris, qui rogatus de eadem quaefione in legibus Velavicis fine dubio idem refpondiffet, quod in caeteris Tetrarchiis, non procedit, „ nam quae legibus confuetudinariis caventur, ait Ranchin. 2. *Var. Lect.* 3. fcimus effe ftricti juris, nec „ trahi ad alias Provincias, ne quidem ad eas, quae non „ utuntur jure Romano, quando nihil aliqua de re apud „ eas expreffum exiftit.

Et tanto minus valet hoc argumentum, quia voluntas Principis pro admittendis in fubfidium Romanorum legibus apud nos difertim eft declarata.

In illis enim, quae manifefta funt, praefumptiones in contrarium non admitti, docet recta ratio.

Praeterquam, quod tale argumentum nimium probando nihil probat; fi enim verum effet Principem femp in uno territorio refpondiffet quod in alio, fequeretur unum idemque Jus per univerfam Provinciam introductum effe, quod tamen nemo affirmare aufit, quandoquidem in multis ftatuta fibi invicem directe funt oppofita, quod, ut uno folummodo ex innumeris utar exemplo, ex materia testamentaria, quae in omnibus ftatutis jure plerumque plane diverfo regitur, patebit.

Et, quaefto, quid ftatuendum erit, fi cafus in Reform-

matione Velavica omiffus aliter in statutis quatuor Praefectarum superioris Bataviae, ac in statutis Zutphaniae reperitur decifus & quodnam statutum, quandoquidem duo contraria fimul fubfiftere nequeunt, tunc erit praefendum ?

Altius hoc indagandum eft & confiderandum Principes, licet, ut ex eorum Edictis patet, foli & fine Ordinibus legiflatoriam poteflategem exercuerint, non pro arbitrio fuas leges Tetrarchiis earumque ditionibus praefcripiffie, nec in uno territorio quod in alio pro lubitu refpondiffie, fed jure non fcripto, quod partim in Edictis Principum, nunc autem in Reformationibus collectum eft, in fingulis Provinciae partibus ufos fuiffe.

Friffii enim ad exemplum reliquorum Germanorum, vid. Lehmann. in *Chronica Spierenfis Lib. 2. Cap. 17.* in plurimos Tractus, qui *Gouwen* vel *Goën* vocabantur, & finguli diverfas confuetudines habebant, fuerunt divifi & non aliis quam propriis legibus paruerunt, vid. *Vaderlandsche Hiftorie lib. 4. pag. 443. & lib. 5. pag. 16 & 17.*

Gelriam autem antiquae Friffiae partem fuiffe, ut Friffia Saxoniae, tradunt Hiftorici. Cum vero illae leges diverforum Tractuum five Jurisdictionum etiam plus minusve diverfae effent, a Principe fingulis Judiciis, ad eorum petitionem funt confirmatae, uti dilucide apparet ex Edictis Principum, quoad Praefecturas superioris Bataviae, quae fingulae fingulas habuerunt leges, & primo, per pacta inter Ducem Carolum & Ordines & inter Ducem Wilhelmum Juliacenfem anno 1538. iisdem statutis fuere donatae vid. *Plac. Gelr. tom. 1. prael. p. 13.*

Quod autem Praefecturas inferiores attinet, illae etiam antiquitus legibus inter fe diverfis regebantur.

Ita

Ita Tractus in *Herwaarden*, & districtus in *Beesd* & *Renoy*, quamvis nunc temporis Statutis Ruralibus Insularum Thielae & Boemellii teneantur, antiquitus proprio jure fuerunt muniti.

Territorium *Herwaardense* enim, cum adhuc Juris Brabantici esset, a Duce Brabantiae anno 1304. speciali jure rurali fuit instructum, vid. Slichtenh. *ad eund. ann. Beesd* autem & *Renoy* anno 1327. a Rainaldo Comite propria jura accepit. vid. Placita Gelriae p. 2. app. 1. pag. 102.

Quamobrem non solum Principes solemniter promiserunt, se cujusque Territorii Judicia & Jura sancte observaturos v. *Plac. Gelr. tom. 1. praelim. pag. 9. 29. 34. Sande in descr. Gelr. p. 269. & ad Consuet. Feudal. tr. praelim. c. 1. n. 36.* sed etiam certum est, quod Principes cujusque mores atque edicta ex subditorum, in quaque Praefectura desiderio ac consensu per formulam contractus promulgare fuerunt soliti: *Nec habuere Principes summam in jura potestatem, sed fuere Edictorum formulis devincti, a quibus recedere vel latum unguem, religio fuit.* Sande in *d. desc. p. 267. & 269.* adde Reformationes Velaviae & Zutphaniae in fine, ubi videre est, illas ad petitionem utriusque Tetrarchiae ab Ordinibus Provinciae esse latas.

Porro considerandum, quod, cum antiquissimis temporibus plurima hujus Provinciae Territoria diversis Dominis adeoque diversis Legislatoribus paruerunt, plane impossibile sit illis diversas non fuisse consuetudines. Ita Comitatus Zutphaniae a Gelria quondam distinctus proprio Comiti paruit, & primis seculo undecimo Gelriae fuit additus. Pontan. & Slichtenh. *in Hist. Gelr. ad ann. 1061.* Insulae Thielae & Bommellii quondam

partem Comitatus Teysterbantiae constituerunt. *Vaderlandfche Hift. lib. 5. pag. 138. Matth. de Nobil. II. 10.* ut fileam de Noviomago, quod anno 1247. a Germanica in Gelricam ditionem cessit, de Thiela, quae una cum Territoriis in *Sandwyck & Heerwaarden* aliisque primum Teysterbantici dein autem fuit juris Brabantici, & demum anno 1334. conventionione inter Reinaldum Comitem Gelriae & inter Ducem Brabantiae, Gelro cessit. Vid. Pontan. & Sligtenh. ad annos *allegatos*.

Et haec, in Tetrarchia Neomagensi, Territoriorum differentia, ut egregie in Collectaneis suis ineditis, amice cum Patre meo communicatis, observavit Vir Ampliff: & in Jurisprudentiali pariter ac in Historia Patriae versatissimus Joannes Cox Ictus & Civitatis Boemeliensis quondam Consul, causa fuit, cur tam sero ab Ordinibus, Legibus, quae *reformatae* dicuntur, fuerint instructa.

Cum enim Ordines, ejurato Hispanorum Rege, sibi proposuissent singulas Provinciae Leges sive Consuetudines revidere & quatenus opus, reformare, hoc facili negotio in Comitatu Zutphaniae & in Velavia successit. Velaviae enim Proceres anno 1593. Zutphaniae autem anno 1594. suum Jus Rurale reformarunt, quod utrumque a Provinciae Ordinibus anno superioris saeculi quarto comprobatum est.

In Tetrarchia autem Noviomagensi hoc difficilior erat, quam ut statim ad umbilicum deduci possit.

Uti enim in Comitatu Zutphaniae nulla legum in diversis Judiciis erat differentia, ita nec in Velavia.

Noviomagensis autem Tetrarchiae Leges in universon inter se conciliare opus & labor erat, quippe compositae ex plurimis separatis Territoriis, utpote Regni Ne-

omagensis, Bataviae superioris, Bataviae inferioris, Tractus inter Mosam & Vahalim, Insularum Thielae & Boemelii, Judicii in Herwaarden, ut & in Beesd & Renoy, quae, ut ex Edictis Principum saepius allegatis patet, singula singulas habebant consuetudines.

Hinc cum de introducendo uno eodemque jure per universam Tetrarchiam, *om een goed, algemeen en general Landregt over 't Quartier van Nymegen te beramen*, uti in Recessibus Provincialibus 11. Maji 1616. & 1. Maji 1628. habetur, apud Ordines ageretur, Neomagensis Tetrarchiae Ordinibus, ut tale Juris specimen in chartam conjicerent, mandatum fuit.

Sed difficultas operis proposito obstitit, donec tandem, saepius Ordinum jussis 25. Martii 1618. 8. Maji 1620. 1. Maji 1628., quae in Recessibus exstant, commoniti, d. 11. Maji 1680. formulam Juris Ruralis & Aggeralis in Tetrarchia Noviomagensi observandi, *een concept Land- en Dykregt om in 't vervolg in gemelte Quartier geobserveert te worden*, exhibuerunt.

Id ab Ordinibus Gelriae ad Curiam remissum, quae, tametsi generali juri totius Tetrarchiae destinatum, censuit illud quoad Praefecturas superiores solummodo approbandum, quod exinde patet, quod Curiae 2. Aprilis 1683. visum fuerit Praefecturas inferiores juberi ab Ordinibus debere, ut similiter specimen sui Juris componerent &, ab Ordinibus approbandum, Consiliariis exhiberent vel, ni hoc facerent, sese Juri Rurali Praefectarum superiorum submitterent.

Amplexi sunt Ordines d. 3. ejusdem mensis Curiae consilium & specimen Juris a Proceribus Neomagensium concinnatum, ut ex ejusdem inscriptione & prooemio

paret, ad solas Praefecturas superioris Bataviae restrin-
xerunt & typis emanari iusserunt.

Deinde Ordines de edendo Civitatis Boemeliae Municipali & Praefectarum Inferiorum Jure Rurali serio cogitare continuarunt, donec tandem, prius a Curia, collatis cum Amptmanno & Deputatis Civitatis Boemellii consiliis, alterum ab eadem Curia, auditis Delegatis Amptmanni & Equitum itidemque Judiciorum Boemellii, Insularum Tielae & Boemellii, ut & Beesdae & Renoyae, revifum & ab Ordinibus Provinciae d. 7. Aprilis 1721. confirmatum est, uti in Prooemiis utriusque Juris latius videri potest.

Tantae molis erat Leges Tetrarchiae Noviomagensis condere, cumque inde appareat impossibile fuisse statuta unius ejusdemque Tetrarchiae inter se conciliare, quanto magis incongruum erit Jura diversarum Tetrarchiarum, quae sibi ultro citroque omnino peregrina sunt & nullatenus inter se cohaerent, ex se invicem explicare velle.

Dicendum ergo differentia Territoria adeo differentes habuisse consuetudines, ut qui juris articulus Bataviae arrisit, forsan Insulis Thielae & Boemeliae displicerit, quem forte Velavia & Batavia admisit, Zutphania non receperit, & idcirco neutiquam verosimile esse, Principem in casibus dubiis respondisse in uno territorio quod in alio, sed potius singulorum mores & analogiam consuetudinis, iisque deficientibus Jus Romanum, tanquam singularum legum featuriginem, uti superius jam dictum est & apud Duck. de auct. Jur. Civil. pag. 265. videri potest, secutum esse; quod etiam Carolus Audax Carolus V. Philippus secundus, atque Ordines imitati sunt, ut in praemissis probatum.

Ac-


Accedit, quod
rursum Jus
imponere pareri
tantae suppre
constitutio in
ita unius ter
haque de
book de Holl
m. Palam
ad Jus
civ. intelligi
manifesta Res
titas objit.

Accedit, quod juris sit certissimi, ut Judici, extra territorium Jus dicenti, ita & legi extra ejus territorium impune pareri non posse, nisi expresse constet de voluntate supremi Legislatoris, praesertim, cum nulla constitutio in Provincia Gelriae allegari possit, qua statuta unius territorii ad aliud sunt extensa.

Itaque de Gelria dicendum, quod Ampl. Bynkershouk de Hollandia, in verbis superius allegatis, affirmat; *Palam est, deficientibus legibus propriis recurrendum esse ad Jus scriptum vel commune, quo utroque Jus Civile intelligi certum est. Atque ita servandum, nisi vel manifesta Reipubl. ratio, vel perpetuae consuetudinis auctoritas obstet.*

T A N T U M.

STORIE
in Burzar...
s Beemine Mini-
ure Rurali dico co-
ornis a Cera, co-
Cypria Beemini
audria Delegatis
riorum Beemini,
Beemina & Re-
cipiatae d. 7. A-
omnis utriusque
Notiomagenis
sophone Junle, fu-
per le conchiae,
a diversam Te-
ne omnino peregrin-
ent, ex se invicem
ria adeo differe-
articulus Beemine
emethie dispo-
ta admittit, Zur-
entigam verosimile
repositio in uno
us singulorum more-
que delectantibus
leum humum
ud Doci. de not. P.
secum esse; quod
Philippus secundus,
in precibus prece-



492

V: IN GELRIA. 39

ertissimi, ut Judici, extra ter-
& legi extra ejus territorium
, nisi expresse constet de vo-
ris , praesertim , cum nulla
Gelriae allegari possit, qua sta-
iud sunt extensa.

dum , quod Ampl. Bynkers-
verbis superius allegatis , affir-
ibus legibus propriis recurrendum
commune , quo utroque Jus Ci-
Atque ita servandum , nisi vel
vel perpetuae consuetudinis aucto-

T U M.

DRY B

Lapis IACOBI LUKHOLE, Bipfobojse MDCCLXIII
ARMINEMIAE



J. C. COBES AVN HASSELT, CLER

Prescripte

AVN HASSELT,
IOANNEM CONSERVADUM

NIKUM NAMPLISZ

A. D.

SUBSIDIIUM ADHIBENDI,
DE NECESSITATE IURIS ROMANI IN
DENDIS, NON SUFFICIENTE ADEOQUE
GRI IN IURE HODIERNO OMNISI SUNT, DECT
EPISLOLVM DE IURE NATVRALI CYSIBUS,

487

MBL 000/565

